

758416

LIBRARY
VOLUME

1877

A

váci kegyes-tanítórendi ház

KÖNYVTÁRA.

Dd. betű. I. b. 18. szám.

e m 11

2

Arbor in seculo
describitur 8 figuris
Sine tribus deus, vix
invenit in mille partibus
C

52
INSTITUTIONES

LOGICÆ,
D. B. Variensis Schol. Dian.
QUAS

OLIM IN USUM

AUDITORUM PHILOSOPHIÆ

CONSCRIPSIT

JOAN. BAPT. HORVÁTH,

PRESBYTER ARCHI - DIOECESIS STRIGONIENSIS,

AA. LL. ET PHILOSOPHIÆ DOCTOR, ET IN

REGIA TYRNAVIENSI UNIVERSITATE PHY-

SICÆ PROFESSOR PUBLICUS.

Jos. Cab. Janický



TYPIS REGIÆ UNIVERSITATIS

ANNO MDCCXCV.

Handwritten text, possibly a signature or title, located at the top of the page.



Handwritten text, possibly a signature or title, located in the middle of the page.





CONSPECTUS
MATERIARUM
LOGICÆ.

BREVIS INTRODUCTIO
IN PHILOSOPIAM.

	PAG.
§. I. De Notione, & Partibus Philosophiæ.	1
§. II. De variis Philosophorum sectis.	4
PROLEGOMENA LOGICÆ.	6

DISSERTATIO PRIMA.

DE

SIMPLICI RERUM PERCEPTIONE.

CAPUT PRIMUM.

De Natura, & Objectis Idearum.

§. I. Quid simplex rei Perceptio sit? quid Notio, seu Idea?	8
--	---

) (2

§. II.

CONSPECTUS

PAG.

- §. II. De objectis idearum in genere, eorumque
notis..... 10
- §. III. De varijs Objectorum generibus..... 11

CAPUT SECUNDUM.

De Diversis Notionum generibus.

- §. I. Quotuplex sit notio ratione suæ originis? .. 15
- §. II. Quænam sint classes Idearum, formaliter,
seu quoad modum repræsentationis in-
ter se differentium?..... 16
- §. III. Quænam sint classes idearum, quoad obje-
ctum repræsentatum differentium? 19

CAPUT TERTIUM.

De Idearum Signis, five Vocabulis.

- §. I. Quid signum in genere? quid item terminus
vocalis, & quotuplex?..... 21
- §. II. De recto vocabulorum usu..... 23

CAPUT QUARTUM.

De Definitione, & Divisione.

- §. I. De Definitione..... 27
- §. II. De iis, quæ ad Divisionem pertinent.... 30

DISSERTATIO ALTERA.

DE

J U D I C I O.

C A P U T P R I M U M.

De Natura, Divisioneque Judicii.

PAG.

- §. I. Quid Judicium sit, & quæ ad ferendum illud necessaria? 31
- §. II. Quid judicium verum, & falsum? certum, & incertum? evidens, & obscurum? ... 33
- §. III. Quid scientia, opinio, fides, dubium, suspicio? & quæ horum divisiones?..... 35

C A P U T S E C U N D U M.

De Natura Propositionis.

- §. I. Quid Propositio, & quæ ejus partes? 37
- §. II. De diversa terminorum in propositionibus Suppositione..... 38

C A P U T T E R T I U M.

De Divisionibus Propositionum.

- §. I. Quæ diversitas propositionum ratione qualitatis? 42

- §. II. Quæ diversitas propositionum ratione quantitatis? quæ item ratione oppositionis?.. 47
 §. III. De classibus Propositionum in methodo scientifica usitatarum 49

CAPUT QUARTUM.

De Veritate, & Falsitate Propositionum.

- §. I. Quid requiratur ad veritatem propositionum? 51
 §. II. Leges propositionum oppositarum 53

DISSERTATIO TERTIA.

DE

RATIOCINATIONE.

CAPUT PRIMUM.

De Ratiocinatione, & Argumentatione in genere.

- §. I. Quid sit Ratiocinatio? quid Argumentatio? & quæ utriusque partes? 55
 §. II. De generalibus principiis, ac legibus argumentationum. 58

CAPUT SECUNDUM.

De variis argumentandi generibus.

- §. I. De Syllogismo in genere. 59
 §. II.

M A T E R I A R U M.

PAG.

- §. II. De Regulis Syllogismorum simplicium.... 61
§. III. De Syllogismo composito..... 65
§. IV. De Enthymemate, Epichieremate, Dilem-
mate, Sorite, & Inductione..... 68

C A P U T T E R T I U M.

De Argumentatione Demonstrativa, Probabili,
& Sophistica.

- §. I. De argumentatione Demonstrativa, & Pro-
babili..... 72
§. II. De Fallaciis argumentationum, sive Sophis-
matis..... 74

DISSERTATIO QUARTA.

D E

METHODO SCIENTIARUM.

C A P U T P R I M U M.

De Methodo Analytica, & Synthetica. 77

C A P U T S E C U N D U M.

De methodo Studendi, & Disputandi.

- §. I. Quæ methodus in Studendo servanda?.... 80
§. II. De methodo disputandi..... 82

CA-

CONSPECTUS MATERIARUM.

CAPUT TERTIUM.

De Criteriis veritatis.

	PAG.
§. I. De Perspicuitate.....	84
§. II. De Communi Naturæ Sensu.....	90
§. III. De Testimonio Sensuum externorum; ubi etiam de Phænomeno, Observatione, Experimento, & Experientia.....	97
§. IV. An etiam auctoritas pro criterio veri ha- beri possit.....	105

CAPUT QUARTUM.

De Errore, Præjudicio, aliisque Scientiarum
impedimentis..... 115



B R E V I S
I N T R O D U C T I O
I N
P H I L O S O P H I A M.

§. I.

De Notione, & Partibus Philosophiæ.

I.

Philosophia, si nomen ipsum, ex græcis vocabulis φίλος, & σοφία compositum, velimus interpretari, non aliud est, quam *studium*, & *amor scientiæ*: re autem ipsa eam significat scientiam, quam Veteres *Sophiam*, seu *Sapientiam* appellaverunt. Occasionem commutati nominis refert Tullius *L. 5. Tusc. Quæst. C. 3.* „ Omnes, inquit, qui in rerum
„ contemplatione studia ponebant, sapientes (σόφοι)
„ & habebantur, & nominabantur, idque eorum
„ nomen usque ad Pythagoræ manavit ætatem;
„ quem, ut scribit auditor Platonis Ponticus Hera-
„ clitus, vir doctus imprimis, Phliuntem ferunt
„ venisse, eumque cum Leonte Principe Phliasiorum
Logica. A „ docte,

„ docte, & copiose differuisse quædam: cujus in-
 „ genium, & eloquentiam cum admiratus esset Le-
 „ on, quæsiuisset ex eo, qua maxime arte confide-
 „ ret; at illum, artem quidem se scire nullam, sed
 „ esse Philosophum. „ Tanti nempe modestum hoc
 „ ejus responsum fuit; ut ceteri quoque cultores sa-
 „ pientiæ se non jam *Sophos*, verum *Philosophos* nomi-
 „ narent. Quapropter etiam ipsorum disciplina exinde
 „ *Philosophia* fuit nuncupata.

2. Tullius *loc. cit. L. 4.* Philosophiam definit
 esse rerum *Divinarum*, & *humanarum scientiam*,
cognitionemque, quæ cujusque rei causa sit. Nec
 immerito: nam ea ipsa disciplina compellata est po-
 sterius *Philosophia*, quæ prius *Sapientia* nominaba-
 tur (*præc.*): „ Sapientia autem est, inquit idem *L.*
 „ 2. *de off. C. 2.* ut a veteribus Philosophis defini-
 „ tum est, rerum *divinarum*, & *humanarum*, *caus-*
 „ *farumque*, quibus hæ res continentur, *scientia.* „
 „ Quia quidem definitione spectata viderentur ad Phi-
 „ losophiam referenda esse ea omnia, quæ de rebus,
 „ sive corporeis, sive materiæ expertibus experientia,
 „ aut ratiocinando cognosci possunt; nostro tamen
 „ hoc tempore naturales scientias ob amplissima, qui-
 „ bus jam auctæ sunt, incrementa ita partimur, ut
 „ sub ambitu Philosophiæ fere duntaxat *Logica*, *Meta-*
 „ *physica*, *Physica*, & *Ethica* contineantur, reliquis
 „ in alias classes distributis. *Logica* recte cogitandi,
 „ ac differenti præcepta suppeditat: quæ idcirco re-
 „ ctius instrumentum, quam Pars Philosophiæ dicenda
 „ esset. *Metaphysica* est scientia entis, & mundi ge-
 „ neratim, tum speciatim substantiarum incorporea-
 „ rum. *Physica* rerum corporearum hanc sensibilem
 „ mundi machinam componentium naturam, ac vires
 „ rimatur, effectuum sensibilium causas, harumque
 „ agendi rationes determinat. *Ethica* denique, seu
 „ *Phi-*

Philosophia moralis actiones humanas ad recti, honestique regulam naturalem humanæ felicitatis gratia dirigit.

Schol. Quod ad *Mathesim* attinet: Hoc quidem nomine peculiaris classis naturalium scientiarum, quarum objectum est *quantitas*, seu *magnitudo*, designari solet; nihilominus in *Physica*, ut rerum naturalium causæ investigari queant, de pluribus *Matheseos* capitibus summam agendum est; e. g. de *Mechanica*, *Hydrostatica*, *Optica*, *Catoptrica* &c. Prima autem *Matheseos* elementa jam primo studii *Philosophici* anno *Philosophiæ* Tironibus explanantur; tum ut sensim aptentur illi ad rerum naturalium causas in *Physica* facilius pervidendas, cum etiam ob alias eorundem elementorum egregias in omni vita utilitates. „*Mathematicæ* usus est (inquit „*Cl. Anton. Genuensis Artis Logico-Criticæ* L. 2. „C. 6.) 1) ut mentem ad recte ratiocinandum *capacior*, & *aptior* efficiat; 2) ut demonstrandi theorematis *physicis* inserviat; 3) ut artes *mechanicas* perficiat. „

Coroll. Ex his intelligere licet, non quamlibet cognitionem dicendam esse *Philosophicam*. Certe si quis ea, quæ fiunt, aut facta sunt, percensere tantum possit, non nisi *Historica* eorum cognitione pollet: ut *Philosophicam* obtineat, causas ipsas rerum, atque rationes perspectas habeat, est necesse. Quod si autem quispiam præterea causarum, effectuum, aut rerum quarumvis magnitudines ad calculum vocare, definireque noverit, is *Mathematica* quoque rerum cognitione imbutus dicitur. e. g. Si eclipsim *Lunæ* observes; *historicam* ejus cognitionem obtines, tibi cum rudissimo quovis communem: si deinde causas ipsas eclipsios percensere possis; jam cognitione gaudes *philosophica*: si denique etiam definire

valeas, quanta hoc tempore debeat esse Lunæ obscuratio, quo minuto funere initium, quo desinere &c. præterea mathematicam tibi comparasti eclipses lunaris cognitionem.

3. Si Philosophiam *objective*, ut ajunt, sumas, id est, pro ipsarum veritatum, quarum cognitio Philosopho propria est, collectione; sunt in ea veritates, in quarum contemplatione sistimus; sunt, quæ ad praxim referuntur. Ea Philosophiæ pars, quæ primæ classis veritates complectitur, *Theoretica*; ea vero, ad quam alterius classis veritates pertinent, *Practica* solet nuncupari. Pro theoretica habentur: Metaphysica, & Physica; pro practica vero: Logica, & Ethica.

§. II.

De variis Philosophorum sectis.

4. *Secta* est aliqua hominum collectio, quæ ab aliis divisa, & quodammodo *secta* certam quamdam disciplinæ formulam sub uno duce sectatur. Themistius in Aristot. diversas Philosophorum sectas recenset omnino trecentas: at quia Philosophiæ historiam fuscè persequi non sustinent præfixi operi meo limites, eas duntaxat, sumpto a Peripateticis initio, paucis attingam, quas prorsus ignorare Philosopho nefas esset.

5. *Secta Peripatetica*, id est, *ambulans*, sic dicta propterea, quod ejus alumni in Lyceo, loco in suburbio Athenarum amœnissimo, ambulando consueverunt disputare, erecta est ab Aristotele; qui Stagyræ in Macedonia anno ante Christi natiuitatem 382 ortus, postquam Platonem 20 annis audivisset, Alexandrum M. Philosophiæ placitis imbuit. Secta hæc post obitum sui Conditoris sensim collapsa, sub
finem

finem octavi seculi rursus erecta est per Arabes; qui subacta armis magna Africa, Hispaniæque parte complura gymnasia aperuerunt, in quibus Aristotelis Philosophia arabice reddita prælegeretur.

6. Progressu temporis Peripatetici in Academia Parisiensi in tres veluti ramos divisi sunt, Thomistas videlicet, Scotistas, & Nominales; quos omnes communi vocabulo *Scholasticos* nuncupamus propterea, quod eorum Philosophia in omnibus scholis ad paucos retro annos dominaretur. *Thomistarum* Dux est *Angelicus Doctor* D. Thomas Aquinas, e familia S. Dominici: *Scotistarum* vero Joannes Duns, natione Scotus, professione Minorita, *Doctor subtilis* cognominatus. *Nominales* ita dicti, quod pro objecto Logicæ nomina, & voces statuerent, authorem habuere Guilielmum Ochamum, natione Anglum, instituto pariter Minoritam.

7. Galilæus Magni Ducis Hetruriæ Mathematicus *Scholasticorum*, qui toti in subtiliori ratiocinio defixi, partes omnes Philosophiæ spinis metaphysicis repleverant, non sat utiles tricas dedignatus, seculo præcedente de nova, & amœniori philosophandi methodo cogitare cœpit; quem secuti alii novarum sectarum authores sunt effecti; utpote *Gassendistice*, *Cartesiana*, *Newtoniana*, & *Eclectica*. Hi omnes communiter *Neotericorum*, seu *Recentiorum* nomine veniunt, in eoque potissimum elaborant, ut eliminatis ex Philosophia iis quæstionibus, quæ non nisi torquendis ingeniis deserviunt, alias substituerent utiliores, & Physicam, quæ apud Scholasticos neglecta omnino jacuit, excolerent.

8. *Gassendistæ* duce gloriantur Petro Gassendo, Ecclesiæ Diniensis in Gallo-Provincia Præposito, Regioque in Academia Parisiensi Matheseos Professore. Obiit an. 1655. *Cartesiani* sectantur Renatum Car-

tesium, Dominum de Perron; qui Hagæ Turonum in Gallia natus an. 1596. vivere desit anno 1650. *Newtonianorum* Princeps est Isaacus Newtonus Anglus, Eques auratus: cui, ob eximia in rem literariam merita, adhuc viventi honorifica statua publice posita est. Obiit anno 1727. Pars *Newtonianorum* adhæret Cl. Rogerio Josepho Boscovich, qui egregiis suis inventis systema Newtoni non parum auxit, temperavitque. *Eclectici* demum Philosophi dicuntur illi, qui nullius auctoritati mancipati, singularum sectarum doctrinam expendunt, & ex omnibus ea seligunt duntaxat, quæ solidioribus inniti fundamentis arbitrantur.

PROLEGOMENA

LOGICÆ.

9.

Logicam esse eam disciplinam, quæ recte cogitandi, ac differendi præcepta suppeditat, innuimus n. 2. Nominis origo est a Græco λόγος, quod sermonem significat. Solet etiam nuncupari græco rursus vocabulo *Dialectica*; quæ juxta S. August. L. I. contra Crescon. c. 14. „ si usus admitteret, forte, tasselatine *Disputatoria* vocaretur. „

10. Hæc certis legibus ac præceptis definita *Logica*, quam aggredimur, *artificiosa* nuncupari potest; ut discernatur ab illa, quæ nomine *Logicæ naturalis* venire solet. Sunt etenim, qui sola natura duce, accedente longiori exercitatione eo eluctentur, ut cogitationes suas, saltem ut plurimum, recte instituire, ordinæque suo edicere noverint; tametsi normam illam, ad quam eas exigant, diserte nequeant

queant explicare. Hinc, si quempiam eorum sophismate circumvenire tentes; non efficies unquam, ut argumentandi rationem legitimam esse fateatur: si tamen ex eo percuncteris, in quonam fallacia sita sit, haud inveniet, quod reponat. Hi *naturali Logica* pollent: qui *artificiosa* excultus est, in promptu habet leges, quæ tum in ratiocinando, tum in aliis cogitationum generibus observandæ sint; & in quam earum peccetur ab imperitis, dilucide enucleat. Unde hanc illi longe antecellere in comperto est.

11. Logicæ utilitatem esse longe maximam, dubitare profus non possumus. Nam absque ea non tantum non potest profunda, solidaque scientiarum, præsertim difficiliorum, methodoque minus accurata pertractatarum cognitio obtineri; sed neque in difficilioribus communis vitæ actionibus sat providus quis, cautusque esse potest. Aristoteles Logicam vocat *organum*, seu *instrumentum scientiarum*: Tullius *artem omnium maximam*; nempe „line qua, „ ut ait *Lib. 5. Tusc. Quæst. Cap. 25.* omnino sapientia esse non potest perfecta. „ S. Augustinus *disciplinam disciplinarum, scientiarum judicem, atque formatricem.*

12. Cogitationes humanæ, quæ directioni Logicæ subsunt, in tres classes distribuuntur; simplicem nempe rei perceptionem, iudicium, & ratiocinationem: quas nos tribus prioribus dissertationibus complectemur, quarta de methodo comparandi, tradendique scientias acturi.

INSTITUTIONUM
LOGICÆ
DISSERTATIO PRIMA.

DE

SIMPLICI RERUM PERCEPTIONE.

CAPUT PRIMUM.

De Natura, & Objectis Idearum.

§. I.

*Quid simplex rei Perceptio sit? quid Notio, seu
Idea?*

13. *Simplex rei perceptio* est ea mentis nostræ affectio, qua rem ita attingimus, ut de ea nec affirmemus quidquam, nec negemus. Sic, qui obvium sibi hominem conspicit, quin de eo quidpiam affirmet, aut neget, simplicem habet illius perceptionem.

14. Quoties rem quampiam percipimus, toties quamdam veluti formam ejus, ac imaginem menti nostræ inesse, dubitari non potest. Imago hæc Latinis *Notio*, Græcis *idea* dicitur. Sunt, qui notiones rerum ab ipsis earundem perceptionibus reapse distinctas esse velint: at nos in Metaphysica oppositum amplectemur, & dicemus, unam eandemque individuum representationem, quatenus mens ejus ope quid cognoscit, *perceptionem*; quatenus in ea res objecta relucet, *notionem*, seu *ideam* esse nuncupandam.

Coroll.

Coroll. I. Notio & seipsam, & objectum quodpiam exhibet menti cognoscendum. Quotiescumque enim rei cujuspiam notio in mente adest; tam objecti ea notione repræsentati, quam etiam notionis ipsius conscii reddimur.

Schol. Ut ea, quæ huc pertinent, uberius intelligantur, ad hæc animum advertisse juvabit: *Imo.* Vis illa mentis, qua motus in corpore nostro excitatos, & occasione horum res extra nos positas, ac nobis præsentis percipimus, *facultas sentiendi*; actio vero facultatis hujus *sensio*, aut *sensatio* dicitur. Nimirum actio illa, qua mens occasione commotionis in membro aliquo corporis excitatæ dolorem, vel voluptatem, ac etiam illam ipsam commotionem percipit, *sensio*, vel *sensus*; qua vero percipit res extra nos positas, earumque qualitates, *sensatio* nominari solet.

2do. Ex ea cerebri parte, in qua mentem residere dicemus, nervi quidam tenuissimi per totum corpus protenduntur, terminanturque in extimis ejus partibus; quæ partes *externa sensuum organa* nuncupantur propterea, quod sensationes, & sensationes ab illis ortum trahant. Quinque diversa hujusmodi organa, sive, ut etiam nominari solent, *sensus externos* deprehendimus in corpore nostro: oculos videlicet, aures, linguam cum papillis suis, nares, & fibrillas nerveas per totum corpus æqualiter sparsas. Unde totidem sunt genera actionum a facultate sentiendi profectarum: nempe visio, auditio, gustus, odoratus, & tactio.

3tio. Si res externæ dicta sensuum organa commoveant; illico motiones illæ per nervos in organis illis terminatos deferuntur ad cerebrum, & anima tam ad sensationes, quam etiam sensationes determinatur. Motio ejusmodi, quatenus cerebrum ipsum afficit,

*discimus
in hoc
sicut
et sensio
in hoc
est hoc
nimirum*

afficit, objectique materialem quamdam imaginem in cerebro constituit, *idea materialis* nuncupatur.

Coroll. 2. Sensiones, & sensationes in numerum notionum referendæ sunt; cum sint rerum perceptiones, & imagines in mente nostra efformatæ.

Coroll. 3. Ideæ materiales in motionibus corporeis sitæ sunt (*Schol.*): quare cum notionibus, quas *spirituales* esse constat, confundi non debent.

§. II.

De objectis idearum in genere, eorumque notis.

15. *Objectum* ideæ dicitur id, quod per eam representatur. Sic ideæ, quæ mihi Lunam representant, *objectum* est *Luna*.

Coroll. 1. Non tantum res, quæ sunt, sed etiam quæ esse possunt, animo representamus: quare notionis objectum aliud est *existens*, aliud *possibile*.

Coroll. 2. Si notio aliqua nihil representet eorum, quæ certo cuidam objecto propria sunt; non erit imago, ac representatio illius objecti, ut clarum est: quare nec poterit ejusdem idea, ac notio nuncupari.

16. In objecto quolibet adesse debent *notæ* quædam, seu *characteres*, per quos illud ab aliis discerni possit. Sic oleum ab aqua colore, sapore, viscositate &c. secernimus: hæc proinde notæ illius sunt. *Notæ* jam dicuntur *perfectiones rei*, quod rem quodammodo perficere, & meliorem reddere videantur: jam *qualitates*, quod ex iis cognoscatur, *qualis* sit res: jam *determinationes rei*, quod efficiant, ut res sit hæc determinata, & non alia.

17. Notæ dividuntur in constantes, & mutabiles. *Constantes* sunt, quæ rei semper, & necessario conveniunt. *Mutabiles* seu *accidentia*, quæ adesse

esse rei, vel abesse *sem. Salva rei essentia* sine corruptione essentiae, possunt. e. g. *Calor* est nota constans in igne: *albedo* vero mutabilis in pariete.

18. Notae constantes rursus tribuuntur in essentialibus, & attributa. *Essentiales*, quae etiam *characteristicae* nuncupantur, illae sunt, quae primae occurrunt in objecto, suntque veluti fontes ceterarum. Unde collectim sumptae rei essentiam absolvent. *Attributa* sunt, quae ex essentialibus emanant, ac deducuntur. e. g. Vis sentiendi, & ratiocinandi sunt essentialis notae hominis; vis vero ridendi, quae ex his profuit, attributum. *Simul*

19. Notae mutabiles partim modi, partim relationes dicuntur. *Modi* sunt omnes illae mutabiles notae, quae rebus internae sunt, ut e. g. *albedo* in pariete. *Relationes* vero sunt, quae, ut intelligantur, plurium rerum notionem postulant. Sic similitudo, quam habet paries A cum B, relatio est: ad eam enim intelligendam utriusque parietis notione opus est.

Schol. Id, quod in ente diversorum modorum capax est, *substantia* solet nuncupari. *Objecto* *he notae mutabiles*

§. III.

De variis Objectorum generibus.

20. **D**uplex mentis nostrae actio hoc loco notanda est: compositio videlicet, & abstractio. *Compositio* ita versatur mens circa objectum, ut primum notam quamquam pluribus objectis communem sibi sistat; tum addat aliam, qua notio ad pauciora objecta restringatur, & sic porro; usque dum per omnes notas progrediendo perveniat demum ad objectum omnimodis determinatum, quod *singulare*, seu *individuum* nuncupatur. Ut si primum hominem

nem quemdam indeterminate animo sistas, eum concipias Stagyra, Macedoniae oppido oriundum, addas fuisse Platonis discipulum, ac demum Alexandri M. Praeceptorem in Philosophia existisse &c; per notas has magis semper, ac magis determinabitur objectum cognitionis tuae, quoad demum ad individuum delabaris, videlicet Aristotelem.

21. *Abstractio* contra est, qua ex objecto singulari formatur minus determinatum, quarumdam notarum determinantium separatione. Sic abstractionem exercet mens, si primum objecta singularia e. g. homines contempletur, tum sepositis notis unicuique propriis eas duntaxat retineat, quae singulis communes sunt, e. g. *animal rationale*.

Coroll. 1. Patet igitur objectum notionis, vel esse individuum, seu singulare, vel esse minus determinatum.

Coroll. 2. Quidquid extra nostram cogitationem existit, omnimodis determinatum, ac individuum esse clarum est; quare objectum minus determinatum, quatenus tale est, nonnisi in cogitatione nostra potest reperiri.

22. Si objectum non omnimodis determinatum tot notas essentielles complectatur, quot absolvunt essentiam pluribus individuis communem, *species*; si autem nonnisi notam quampiam essentialem pluribus speciebus communem offerat, *genus* appellatur. Sic Homo, Leo, Aquila &c. *species* sunt: nam. e. g. *Homo* exprimit completam plurium individuorum essentiam, ut Petri, Pauli &c. At e. g. *Animal genus* est; nec enim offert aliud, quam notam essentialem, nempe vim sentiendi, in qua plures species, ut homo, leo &c. conveniunt.

Coroll. 1. Nec species, nec genus modo descriptum extra mentem nostram existere potest (*prac.*

Cor.

Cor. 2.). Quare species, si consideretur secundum id, quod datur in rebus, est ipsa multitudo singularium, quorum essentia est similis. Pariter genus secundum id, quod reapse datur, consideratum, est ipsa collectio omnium specierum, notam aliquam essentialem communem habentium.

Coroll. 2. Genera ipsa possunt aliquam inter se similitudinem habere, convenireque in nota quapiam essentiali: diversae igitur possunt statui generum classes. Genus illud, quo superius nullum est, *supremum*; quo nullum inferius, *infimum*, seu *proximum* dicitur: reliqua his interjecta *subalterna* nominamus. Sic genus supremum hominis est *ens*; proximum *animal*; subalterna sunt *substantia*, *vivens* &c.

23. Nota illa, qua una res ab altera differt, solet *differentia* nuncupari; estque *triplex*, nempe *individuum*, *specierum*, & *generum*. *Differentia individuum*, quae etiam *numerica* dicitur, est, quae unum individuum ab altero ejusdem speciei secernit, e. g. Petrum a Paulo. *Specierum* est, qua species a specie differt, ut homo a leone. *Generum* denique, qua discriminantur ea, quae in genere proximo non conveniunt, ut homo, & arbor. Hinc homo ab homine *numero*, a leone *specie*, ab arbore denique ipso *genere* differre dicitur.

Schol. Quidquid alteri ratione quadam junctum, illi quandam denominationem tribuit, *forma*; id vero, cui denominatio tribuitur, *subjectum denominationis* solet a Philosophis nuncupari. e. g. In pariete albo id, quod album dicitur, *subjectum* est; albo vero *forma*.

24. Si objectum cum sua nota quapiam conjunctim sumatur, *concretum* vocatur. Porro *triplex* esse potest concretum: videlicet *Metaphysicum*, *Physicum*, & *logicum*. *Metaphysicum* est, si nota illa

quadam
plex
Qua Censura
Numeri diff.
Cernimur
2. Nomi
natis
quae rati
fionale
a rati
li diffin
quae rati
sul homo
ab homi

ab eo, cujus nota est, reapse non distinguatur: *Physicum*, si distinguatur quidem, sed tamen illi inhæreat: *Logicum* denique, si nota ne inhæreat quidem rei illi, cujus nota dicitur. Sic animal (quod idem significat: ac substantia vi sentiendi prædita) concretum Metaphysicum est; paries albus Physicum; turris denique visa Logicum. Vis enim sentiendi cum animalis substantia reapse eadem est: albedo, tamen si distinguatur a pariete, illi tamen inhæret: visio autem turri ne inhæret quidem.

Coroll. Quælibet hujusmodi nota aliquam denominationem tribuit rei illi, cujus nota est: quare in omni concreto duo ab invicem secernenda sunt; subjectum nempe & forma. *Subjectum* est id, cui denominatio tribuitur; *forma* autem est nota illa, a qua subjectum denominationem nanciscitur (*Schol. præc.*).

Schol. Notari hic potest varia concretorum in Scholis acceptio. *Denominative*, seu *specificative* sumitur concretum tunc, dum id, quod de eo enunciatur, ipsi convenit præcipue propter subjectum suum: *reduplicative* vero, seu *formaliter* tunc, dum ei prædicatum quodpiam propter suam potissimum formam tribuitur. e. g. Concreti *Philosophus* subjectum est *homo*, forma vero *Philosophia*. Hinc si dicas: *Philosophus dormit*, concretum illud sumis *denominative*, tuaque propositio in hanc commutari potest: *Homo, qui Philosophiæ subjectum est, dormit*. Etenim *dormire* Philosopho non ideo convenit, quia est excultus *Philosophia*, sed quia homo est. At si dicas: *Philosophus arcana naturæ pervidet*, idem concretum *formaliter*, seu *reduplicative* accipis. Namque arcana naturæ non tam ideo pervidet, quod homo sit, quam quod Philosophica disciplina excultum habeat intellectum. Unde altera hæc

hæc propositio sic resolvenda est: *Philosophus, ut Philosophus, seu ob Philosophiam, qua imbutus est, arcana naturæ pervidet.*

CAPUT SECUNDUM.

De diversis Notionum generibus.

§. I.

Quotuplex sit notio ratione suæ originis?

25. **I**deæ ratione suæ originis dividi solent in adventitias, factitias, & innatas. *Adventitiæ* sunt, quas ope sensuum acquirimus, ut idea colorum, & coloratorum, soni, saporis, odoris, caloris, frigoris, duritiei &c. *Factitiæ* ideæ illæ dicuntur, quas sibi mens dependenter ab ideis adventitiis compositione, abstractione, ratiocinatione, vel quovis demum modo efformat; talis est e. g. idea montis aurei. Istud tamen non eo sensu accipiendum est, quasi vel plures ideas adventitias in unam compingere-
mus, vel unam in partes plures divideremus: idea quippe, seu notio, est quidam indivisibilis modus mentis nostræ, ut in *Metaphysica* docetur. Hinc allatæ definitionis sensus iste est, quod illa, quæ diversis successive ideis nobis innotuerunt, conjunctim deinde una simplici idea nobis representemus; vel diversis ideis, & divisim illa, quæ ope sensuum conjunctim percipimus. e. g. Ope sensuum percipimus jam montem, jam aurum: tum subinde in meditatione positi hæc duo jungimus, aureumque montem animo sistimus.

Schol. Dubitari nequit, ob assiduum rerum corporearum usum sæpe id nobis evenire, ut dum earum

*Notio non
na*

*Dubitari autem potest, quod illa
sua natura non sit indivisibilis*

earum rerum, quæ in sensus incurrere nequeunt, notionem efformare volumus, quasdam corporeas effigies accersamus in subsidium. Sic Deum, Angelos forma quadam humana concipimus. Id tamen, quod aliqui volunt, nempe mentem in consortio corporis nihil posse cognoscere absque hujusmodi phantasmatis, nimium est. Quis enim neget *tempus*, *virtutes*, aliaque id genus plurima a nobis cognosci, quin ulla ejusmodi corporea effigies menti exhibeatur?

26. *Ideæ innatæ* forent, si quas Deus menti in ipsa ejus creatione imprimeret, ac veluti insculperet. Tales inesse nobis negabimus contra Cartesianos in *Metaphysica*.

Schol. *Ideæ* inter se comparatæ vel quoad modum representationis, vel quoad objectum representatum differunt. Prior differentia *formalis*; posterior *materialis* nuncupatur. Utraque plures idearum classes suppeditat, quas sequ. §§. 2. & 3. prosequemur.

§. II.

Quænam sint classes Idearum, formaliter, seu quoad modum representationis inter se differentium?

27. *Ideæ*, quas inter *formalis* differentia intercedit, dividuntur imo in claras, & obscuras. *Idea clara* est, quæ notas exhibet ad objectum, quoties illud deinceps recurrerit, agnoscendum, & ab aliis discernendum sufficientes. *Obscura* contra est, si notæ, quas offert, objecto ab omnibus aliis discernendo non sufficiant. e. g. *Urticæ* claram notionem habes, cum istud herbæ genus oculis objectum nunquam non dignoscas, at *beronicæ* notio iis obscura est, quibus aliqua quidem ejus imago relucet, non

tamen tot notis constans, ut herbam illam ab omnibus aliis probe discernere possint.

Coroll. Tam claritas, quam obscuritas suos habet gradus. Claritas eo major est, quo plures representantur notæ, objecto propriæ, & ad dignoscendum aptiores. Contra, quo pauciores notas, & objecto minus proprias exhibet notio, eo est obscurior.

28. Idea, seu notio clara tribuitur in distinctam, *in di-
stinctam* & confusam. Tunc notio clara est simul etiam *di-
stincta*, si ea claritate representet objectum, ut ipsas *simul* objecti notas ab se invicem discernere, ac percensere possis. e. g. Distinctam es *Betonica* notionem adeptus, si notas singillatim enumerare valeas, per quas illa ab omni alterius generis herba dignosci possit. Notio clara manet *confusa*, si vi ejus objectum ab aliis discernas quidem, notas tamen ab se invicem nequeas distinguere, minutatimque recensere. Hujusmodi sunt in nobis ideæ colorum: tametsi enim vel rudissimus quisque claram habeat notionem coloris e. g. rubri; notas tamen illas, per quas color hic ab aliis differt, diserte enucleare ne Philosophus quidem novit.

Coroll. 1. Omnis ergo distincta notio est clara: at non vicissim, cum detur notio clara, quæ simul sit confusa.

Coroll. 2. Distincta objecti notio tunc obtinetur, quum ipsarum objecti notarum claræ notiones acquiruntur. Tum enim obtines distinctam objecti notionem, quum ipsas ejus notas ab se invicem discernere: percensereque potes: atqui nonnisi tunc potes objecti notas ab se invicem discernere, percensereque, quum earum claras notiones habes, ut patet ex definitione *claræ* notionis; ergo.

29. Idea distincta subdividitur 1) in completam & incompletam. *Completa* est, si omnes objecti notas ab se invicem discernere, percensereque valeas, ac proinde si omnium objecti notarum adsit notio clara: sin aliquarum tantum; notio distincta est *incompleta*. Subdividitur 2) notio distincta in adæquatam, & inadæquatam. Ad hoc, ut distincta objecti notio sit *adæquata*, requiritur, ut singularum objecti notarum habeatur notio non clara tantummodo, sed etiam distincta; hoc est, requiritur, ut non tantum singulas objecti notas ab se invicem discernere, percensereque valeas, sed etiam ipsas singularum notarum notas. e. g. Ut distinctam, eamque adæquatam trianguli æquilateri notionem obtineas, non sufficit posse te percensere omnes ejus notas, nimirum, quot sit figura tribus lateribus, iisque æqualibus, ad angulos junctis &c. terminata; sed præterea necesse est, ut notarum.: *figura, latus, angulus* &c. non modo claram, verum etiam distinctam ideam habeas, ac proinde ut in singulis notas ab se invicem discernas. Sin autem quarundam objecti notarum ideæ fuerint confusæ; distincta ejusdem objecti notio dicitur *inadæquata*.

30. Ideæ, quas inter *formalis* differentia intercedit, dividuntur 2do. in vividas, & debiles. *Vivida* mentem vehementius afficiunt ob peculiare quædam notarum qualitates e. g. raritatem, claritatem &c. Unde hujusmodi ideæ diutius etiam in nobis perdurant. *Debiles* ex adverso mentem parum afficiunt, facileque dilabuntur. Sic idea rari cujusdam animalis, aut spectaculi magnifici *vivida* esse solet in nobis; contra hominis nunquam antea visi, obiterque aspecti *debilis*.

§. III.

Quanam sint classes Idearum, quoad objectum representatum differentium?

31. **R**atione objecti representati dividitur idea I. in directam, & reflexam. *Directa* est, qua mens objectum aliquod a presente sua idea, ceterisque affectionibus suis distinctum representat. *Reflexa* est, qua mens presentem suam cogitationem representat, seque cogitare advertit.

32. II. In absolutam, & relativam. *Absoluta* notio rem significat quasi solam sine alia: *relativa* vero representando objectum unum simul alterius memoriam suggerit, ac proinde connexionem unius cum alio significat. e. g. Notio *hominis* absoluta est; representat enim mihi animal rationale sine relatione ad rem aliam: at notio *servi* relativa est; excitat enim simul ideam *Domini*; cum non possit intelligi, quid servus sit, nisi simul aliqua Domini notio habeatur.

Schol. Idea *relativa* non est confundenda cum idea *relationis*. Hæc enim exprimit rationem ipsam, ob quam una idea relativa refertur ad alteram. e. g. Idea *dominatus* est idea relationis, seu rationis, ob quam Dominus refertur ad servum.

33. III. In singularem, particularem, communem, & universalem. *Singularis* rem individuanam, ac omnimodis determinatam habet pro objecto, ut idea Aristotelis. *Particularis* rem individuanam quidem, sed tamen modo quodam indeterminato representat, ut idea his verbis subjecta: *aliquis homo, aliquod animal*. *Communis* notio representat id, quod pluribus commune est, ut e. g. notio animalis. *Universalis* denique id, quod pluribus commune est, ita representat, ut simul omnia etiam

objecta, quibus commune est, saltem confuse attingat. Tales ideæ sunt his verbis subjectæ: *Omnis homo, nullum animal &c.*

Schol. In ideis communibus notanda est earum comprehensio, & extensio. *Comprehensio* est ipsa notarum collectio, quas idea communis complectitur: *extensio* vero est multitudo subjectorum, quibus ea congruit. e. g. Notionis hujus: *animal rationale* comprehensio definitur notis duabus, nempe vi sentiendi, & vi ratiocinandi: ad extensionem vero ejus pertinent omnia individua humana. Crescente comprehensione minui extensionem, decrescente autem augeri, expendenti facile patet.

34. IV. Ratione objecti representati dividitur idea etiam in abstractam, & concretam. *Abstracta* id, quod alteri reapse conjunctum est, absque eo representat, cui est conjunctum, ut notio albedinis. *Concreta* vero illa, quæ conjuncta sunt, conjunctim exhibet, ut idea parietis albi.

Coroll. Eadem notio diverse considerata jam concreta, jam abstracta esse potest. Sic notio animalis rationalis concreta est, quatenus vim sentiendi cum vi ratiocinandi conjungit: at simul abstracta dicenda est, quatenus solam essentiam humanam ab individuis abstractam animo sistit.

Schol. Solet idea ratione objecti representati dividi etiam in simplicem, & compositam: at in definienda utraque multum discrepant Philosophi; ut adeo diversi prorsus diversam subjiciant eidem *simplicis* ideæ vocabulo notionem. Quod si divisio hæc pertractanda est, mihi idea *simplex* est, quæ unicam duntaxat notam involvit, qua ejus objectum a ceteris entibus discernimus: *compositam* vero, seu *complexam* nomino illam, quæ plures id genus notas complectitur, per quas ipsius objectum discerni-

nimus ab entibus aliis. e. g. Idea *soni generatim accepti* simplex est; quia unam duntaxat notam nobis repræsentat, per quam sonum generatim acceptum ab omni alio ente discernere solemus: neque enim repræsentat ea idea plures notas nobis, per quarum unam ab hoc, per aliam ab alio ente sonum distingueremus. Eodem modo loquendum est de idea coloris in genere, unitatis, existentiae &c. At e. g. idea *animalis rationalis*, seu *hominis* complexa est: plures enim notas repræsentat, animali rationali a ceteris entibus discernendo servientes. Nimirum repræsentat imprimis notam *animalis*, qua homo differt a spiritu puro; deinde notam *rationalis*, qua differt a bruto &c. ✕

CAPUT TERTIUM.

De Idearum signis, sive Vocabulis.

§. I.

Quid signum in genere? quid idem terminus vocalis, & quotuplex?

35. *Signum* in genere est, quod ope sensuum perceptum alterius rei a se distinctæ ideam in mente excitat. e. g. Fumus conspectus & sui, & ignis, cuius signum est, ideam excitat in nobis.

Coroll. Quædam signa natura sua connexa sunt cum re significata, ut fumus cum igne; quædam vero arbitrio hominum sunt assumpta pro rebus quibusdam designandis, ut hedera pro vino venali. Quare alia sunt signa *naturalia*; *arbitralia* alia.

*Arbitra
Sig. Nat.
descriptio
esse
Sua Arb
Chirographi*

36. *Terminus vocalis* est vocabulum certæ cui-
dam mentis notioni constanter significandæ constitu-
tum. e. g. Homo, Luna. *Seu Nomen*

Coroll. Quoniam terminus vocalis est signum
ideæ, idea autem rem ipsam, quam pro objecto ha-
bet, exprimit; sequitur per terminos vocales tam
res ipsas, quam etiam harum notiones designari.
Unde etiam jure quodam exigimus ab eo, qui no-
biscum sermocinatur, ut is & rebus ipsis, & menti
sue congruenter loquatur.

Schol. Terminos vocales inter arbitraria signa
referendos esse, nemo non videt.

37. Quod ad divisionem terminorum vocalium
attinet: tot genera eorum statuenda sunt, quot idea-
rum. Nimirum alii sunt termini *singulares*, seu
ideam singularem exprimentes; alii *particulares*,
abstracti, *concreti* &c. Præterea notanda cum pri-
mis est divisio termini in univocum, & æquivocum.

38. Terminus *univocus* est, qui rebus pluribus
in eadem significatione attribuitur. ut e. g. *Homo*
eodem sensu servato prædicatur de Petro, Paulo &c.
Æquivocus contra est, qui pluribus quidem rebus
attribui solet, sed in diverso sensu. e. g. *Leo* conve-
nit quidem & animali certo, & etiam certæ constel-
lationi; ita tamen, ut alia ei notio respondeat, dum
de animali, alia, dum de constellatione prædicatur.
Quodsi diversa hæc ejusdem termini usurpatio fiat
casu, terminus dicitur *casu æquivocus*; si autem fiat
consilio, nempe ob similitudinem quamdam earum
rerum, quibus terminus ille attribuitur, *consilio æ-*
quivocus nuncupari solet.

Schol. Præter terminos vocales sunt alia quo-
que vocabula ad aliquid significandum instituta.
Nempe *verba* primario judiciis; *præpositiones* vero,
interjectiones, & *conjunctiones* cogitationum nostra-
rum

rum modis, & affectionibus manifestandis deserviunt. Dico verba *primario* iudiciis manifestandis deservire; tametsi enim potior verborum finis sit, expressio nostrorum iudiciorum, id tamen illa proprie non nisi in modo indicativo præstant; in aliis vero modis varias mentis nostræ affectiones indicant, ut in imperativo *imperium*, in optativo *desiderium* &c.

§. II.

De recto vocabulorum usu.

39. **D**uo sunt considerandi usus vocabulorum: ea enim vel nobis tantum, vel etiam aliis inserviunt. Vocabula, quatenus nobis tantum inserviunt, memoriæ subsidio sunt. Cum enim a teneris annis assueverimus cuilibet vocabulo ideam affigere; nexus hic ideam inter ac vocabulum, ut ut arbitrarius sit, ita invalescit successu temporis, ut in naturalem prope abeat. Hinc fit, ut nunquam fere vel taciti cogitemus sine vocabulorum usu, ac non raro prius vocabula ipsa menti occurrant, quam vocabulorum notiones. Huic usui omnia sine discrimine vocabula inservire possunt, modo eidem vocabulo constanter eandem subjiciamus notionem; ut nimirum recurrentibus vocabulis notionum iis affixarum recordemur.

40. Alter vocabulorum usus est, ut etiam aliis inserviant; quum nempe animi nostri sensa aliis communicare volumus. Atque hic usus dividi solet in civilem, & philosophicum. *Civilis* in eo situs est, ut in familiaribus colloquiis, & quotidiano cum hominibus commercio ea usurpemus vocabula, quæ sufficiant ad animi nostri sensa, quantum usus quotidianus poscit, aliis manifestanda. *Philosophicus* in scientiis locum habet, dum vel veritatem ipsi inve-

stigamus, vel inventam jam aliis tradere, communicareque volumus. Atque hoc in usu studiose curandum est, ut notiones nostras distincte ac præcise explicemus, vitatis, quantum fieri potest, iis vocabulorum abusibus, qui in rebus difficilioribus obscuritatem augere, & quo minus aliis distinctas rerum ideas ingeneremus, impedire solent. Quapropter ea, quæ sequuntur, præ oculis habenda sunt.

præcipue 41. I. Tametsi tropicæ locutionis usus Oratoribus familiaris sit; in philosophando tamen opera danda est, ut voces sensu proprio usurpentur. Translata enim delectant magis, quam docent; & quo magis delectant, eo minus docent, cum animum ab attentione veritatis eo vehementius retrahant. Unde qui perversa quæpiam dogmata hominum animis instillare cupiunt, orationem tropis, & figuris exornare student; ut nimirum suavitate verborum abreptus lector ad latentes errores animum minus advertat, atque ita, quod concinne propositum legit, facilius amplectatur.

42. II. Multa vocabula sunt, quorum ambigua est significatio. Nempe quoniam vocabulorum numerus relate ad ideas, quas mens humana habere solet, admodum exiguus est, necessitate quadam compellimur, ut sæpe diversas, multumque discrepantes ideas eadem voce exprimamus. e. g. Vocabulo *caloris* jam sensationem illam, quam admotus corpori nostro ignis in anima nostra excitat, jam eam in igne vim, qua sensatio illa in nobis excitatur, designamus. Deinde non raro evenit, ut in scientiis occurrant vocabula, quibus respondentes ideæ sint admodum obscuræ, neque iisdem, aut totidem notis consent in unius mente, quibus, aut quot in mente alterius. Hinc fit, ut quum id genus vocabula proferuntur, unus aliud, aliud alter per idem

vocabulum intelligat, atque ita inanibus altercationibus occasio præbeatur. *Logomachia Mercurii*

Quodsi ergo ambiguae voces usurpandae sint; earum sensus dilucide explicandus est, distincte proponendae notae, determinandaeque, quibus constare volumus notionem, ejusmodi vocabulo alligatam. Duo autem cumprimis hoc loco notanda sunt. 1) Postquam distincte quis exposuit notionem, quam certo vocabulo affigit, caveat, ne deinde idem vocabulum alio sensu usupet. Vitio sane verti nonnullis Scriptoribus potest, quod eodem vocabulo non semper idem adaequate intelligant, quin Lectores hac ipsa de re admoneant. Hac enim re fit, ut in Scientiis solius scribentis vitio novae difficultates enascantur. 2) Significata vocabulorum, quibus loquens, aut scribens utitur, ex ejusdem sensu, non ex nostro, sunt desumenda. Secus de ejus sensibus rectum iudicium non feremus. e. g. Si quispiam afferat calorem non in igne, sed in nobis residere, postquam declaravit, se vocabulo *caloris* non aliud intelligere, quam sensationem illam, quae admoto membris nostris calido corpore nasci in nobis solet; perperam contradicet ei alter ex eo capite, quod ipse vocabulo illo ipsam calidi corporis vim, qua sensatio illa in nobis efficitur, designare soleat.

43. III. Sunt vocabula quaedam, quibus nullum prorsus reale significatum respondet. Sic famosi illi apud Peripateticos termini: *accidens absolutum*, *horror vacui*, *antiperistasis* &c. omni reali significatione destituti erant. Id enim, quod aliquo horum terminorum volebant designari, nonnisi comminiscens ingenii partus erat. Cavendum igitur, ne aut ipsi utamur *inanibus* hujusmodi terminis, aut iis auditis in errorem inducamur,

44. IV. Quidam, dum de rebus ad scientias pertinentibus differunt, aut peregrinis utuntur vocabulis, quorum significatio passim ignota sit, aut terminos receptos in significatione nova, ac inusitata usurpant, nulla præmissa declaratione, aut denique usitatos etiam terminos præpostere conjungunt, atque ita eam sermonis obscuritatem sectantur, ut Oedipo interprete egeant. Istud etsi plerumque defectu idearum distinctarum, & methodi sua sensa rite depromendi eveniat; sæpe tamen fit animo reconditæ cujuscumque scientiæ opinionem aucupandi apud imperitos, qui obscuras ejusmodi sermocinationes, dum non intelligunt, pro insigni doctrina, mentisque penetrantis indicio adorare solent. Qui vitio hoc laborant, humano sermone præfixum finem, qui est animi sui sensa enucleate depromere, non assequuntur; dumque ab imperitis magni fiunt, ab iis, qui doctrinæ soliditatem discernere norunt, vituperantur.

45. V. Barbaries quidem vocum in philosophando, quoad fieri potest, vitanda est, neque tamen propterea prohibendi sumus eorum vocabulorum usu, quæ a Philosophis communiter recepta sunt, si notionibus nostris breviter, & dilucide explicandis deserviant. In omni certe scientia constanter usurpantur termini, quos *technicos* nuncupant, etsi a nitida, & profus exquisita latinitate sint alieni. Nec immerito; cum complures notiones enucleandæ veniant in scientiis, quibus rite explicandis apta vocabula in latinitate nitida frustra quæsieris. Sed neque illico vox aliqua pro non latina habenda est, quod a Tullio passim non adhibeatur; nisi linguam latinam ingenti nostro incommodo nos ipsi arctissimis limitibus constringere velimus. „Dura quædam
„ admodum videntur, ut *ens*, & *essentia* (inquit
„ Quin-

„ Quintilianus L. 8. C. 3.) quæ cur tantopere asper-
 „ nemur, non video; nisi quod iniqui iudices ad-
 „ versus nos sumus, ideoque paupertate sermonis
 „ laboramus. „

CAPUT QUARTUM.

De Definitione, & Divisione.

§. I.

De Definitione.

46. *Definitio* est oratio rei naturam, vel nominis
 vim explicans. Hinc definitio est duplex; nimirum
 nominis, & rei. Prior explicat, quid per nomen,
 seu vocabulum aliquod intelligatur; ut si dicas: *no-*
mine iridis venit coloratus ille in cælo arcus, qui non
raro post pluviam splendens a tergo Sole conspicitur.
 Posterior ipsam rei naturam, ac constitutionem e-
 nucleat; ut dum ajo: *Homo est animal rationale.* Id,
 quod definitur, *definitum* vocari solet.

Coroll. Cum definitio nominis non nisi sensum,
 quo vocabulum sumatur, exprimat, sæpeque pro
 arbitrio possit unus unam, alter alteram significa-
 tionem eidem vocabulo attribuire; allatam ab ali-
 quo nominis, quo utitur, definitionem in contro-
 versiam vocare, cum primis vero prolixè altercando
 exagitare, prorsus otiosum est. Qui id attentant,
 inanes de nomine lites serere dicuntur. *Et ex eo Logomachiam aler-*

47. Definitio rei alia dicitur essentialis, descri-
 ptiva alia. *Essentialis* non nisi notas rei essentielles
 complectitur: *descriptiva* vero omnis generis notas,
 e quibus res cognosci possit, promiscue adfert. e. g.

Ho-

Hominis definitio essentialis est hæc: *animal ratio-
acutum, inemor, plenum rationis, & consilii, denig-
ava quadam conditione a Summo Deo generatum.*

Leges Definitionis.

proauctura quadam conditione a Summo Deo generatum.
Leges Definitionis.

48. *Ima.* Definitio clarior sit suo definito. Se-
cus enim non erit oratio rei naturam, vel nominis
vim explicans.

Coroll. 1. Definitio igitur constare debet termi-
nis clavis, usitatis, propriis; non vero obscuris,
metaphoricis, synonymis, identicis. Sic e. g. non
bene defines simoniam esse *vitium simoniacis pro-
prium.*

Coroll. 2. Mala est definitio, cujus terminus
aliquis per ipsum definitum definitur. Nam termi-
nus ille æque obscurus est, ac ipsum definitum. Sic
male quis definiret gradum in circulo esse arcum 60
minutis constantem, si nequiret aliam minuti defi-
nitionem adferre, quam quod si 60ma pars gradus.

2da. Conveniat omni & soli definito: id est,
omnibus, & solis rebus, quæ ad ejus extensio-
nem pertinent. Vide N. 33. Schol. Nam imprimis
si non convenit omnibus rebus, quæ ad definiti ex-
tensionem pertinent, non explicat naturam definiti.
Hinc vitiosa est hæc e. g. definitio: *homo est animal
loquax*, cum non competat omni homini, nempe
muto. Deinde, si definitio non conveniat solis iis
rebus, quæ ad definiti extensionem pertinent; ope
definitionis non facis discernitur definitum ab aliis
entibus, proinde natura ejus dilucide non explica-
tur: ut si dicas: *homo est animal mortale*, definitio
hæc non continebit eas notas, quibus homo a bel-
lua discernatur.

3^{ia}. Definitio essentialis fieri debet per genus proximum, & ultimam differentiam, seu talem, per quam definitum differat ab aliis entibus, quibuscum in genere proximo convenit. Si enim sumatur aut genus non proximum, aut differentia non ultima, definitio nequaquam conveniet omni & soli definito; ut patet in vitiosis hisce definitionibus: *homo est vivens rationale*, &: *homo est animal bipes*; quarum prior confundit hominem cum Angelis defectu generis proximi, altera vero cum avibus defectu ultimæ differentiæ.

4^{ta}. Definitio non sit negativa. Definitio enim explicat naturam rei, vel vim nominis: negativi autem termini indicant duntaxat, quid res non sit. Quodsi tamen positiva rei attributa fuerint incognita, quandoque negativæ etiam definitioni locus esse potest. 2. Cum primis vero vitio caret negativa definitio tunc, dum duo termini ita oppositi, ut medium nullum admittant, sunt definiendi. Tunc enim, si alter eorum positiva definitione explicetur, hujus notæ characteristica possunt ingredi negativam alterius definitionem. e. g. Si definivisti *verum* esse id, quod objecto suo conforme est, tuto definis *falsum* esse id, quod non est objecto suo conforme.

5^{ta}. Nihil in definitione redundet, seu non complectatur plures notas, quam quæ sufficiant ad definitum a rebus aliis discernendum. Cum enim definitio sit oratio explicans naturam rei, vel vim nominis; quidquid in ea reperitur, quod ad naturam rei, vel vim nominis explicandam non pertinet, superfluum utique, ac proinde ressecandum est.

§. II.

De iis, quæ ad Divisionem pertinent.

49. *Divisio* est oratio, qua *totum* aliquod suas in partes distribuitur. Totum, quod distribuitur, *divisum*; partes, in quas distribuitur, *membra dividenda* appellantur.

50. Divisionum tot possunt constitui genera, quot totorum. Porro totum, quatenus hoc loco considerari solet, triplex est: nempe *Metaphysicum*, *Physicum*, & *Logicum*. *Metaphysicum* constat partibus nostræ duntaxat cogitatione distinctis; cujusmodi sunt omnipotentia, misericordia, justitia &c. in Deo. *Physicum* contra partes habet reapse distinctas, e. g. hic liber. Totum denique *Logicum* est omne id, quod de pluribus prædicari potest, ut e. g. genus de speciebus, species de individuis. Illa, de quibus prædicari potest totum *Logicum*, ejus *inferiora* solent nominari. Sic *animalis inferiora* sunt: Homo, bellua.

Coroll. Partes illæ, in quas totius alicujus distributio facta est, sæpe suis adhuc constant partibus: potest igitur earum in has partitio institui, quæ *subdivisio* nuncupatur. *idea dividendi in Claram et Obscuram*
et in Ideæ Clara in Distinctæ et Indistinctæ. Idea Divisio in Comple
et Incompleta &c. Leges Divisionis.

51. *Ima.* Membra dividenda tot esse debent, ut omnia collectim sumpta adaquent totum. Unde male divideres globum terraqueum in Europam, Asiam, Africam, neglecta America.

2da. Divisio primum fiat in membra magis generalia; tum, si necesse fuerit, horum subdivisio instituat. Quare rursus vitiosa esset divisio globi terraquei in Germaniam, Italiam, Galliam &c, sed primum enumerandæ sunt primariæ partes illius, Europa

ropa nimirum, Asia, Africa, & America; ac tum primum, si videbitur, Europa in Italiam, Germaniam &c. subdividatur.

3^{ta}. Nullum Divisionis membrum contineatur in membro altero: secus enim idem membrum bis fumetur. e. g. Non rite divideretur globus terraqueus in Asiam, Africam, Europam, Americam, & Germaniam; quia Germania in Europa jam continetur.

4^{ta}. Divisio nimium anxia, & minuta non sit. Nam ut Seneca ait „idem vitii habet nimia, quod „ nulla divisio. Simile confuso est, quidquid usque „ in pulverem sectum est.”

Poline pag 57 post 101

in epistola 90 ad Lucium

91 ad

DISSERTATIO ALTERA.

DE

J U D I C I O.

CAPUT PRIMUM.

De Natura, Divisioneque Judicii.

§. I.

Quid Judicium sit, & quæ ad ferendum illud necessaria?

52. **J**udicium est ille actus mentis, quo hæc ex objectis perceptis alterum alteri convenire intra se affirmat, aut negat. Id, de quo quidpiam affirmatur, aut negatur, *subjectum*; quod vero de subjecto affirmatur, vel negatur, *prædicatum* vocari solet. e. g.

Si

*hæc est actio
sive dispositio
quæ aliquod
est.*

Si feram hoc iudicium: *fides est fundamentum iustitiæ*, subjectum est *fides*, prædicatum vero *fundamentum iustitiæ*.

Coroll. 1. Aliud igitur est iudicium affirmativum, aliud negativum. Illud *annuitus*; istud vero *abnuitus* mentis dicitur. *Mens* enim afirmando *annuit*; negando autem *abnuit*, prædicatum subjecto convenire.

Schol. Priusquam feratur iudicium, menti præsto esse debet imprimis notio subjecti, & prædicati. Impossibile enim est, quidpiam affirmare, vel negare, nisi prius aliquomodo cognoscat mens tam id, de quo affirmat, vel negat, quam id, quod affirmat, vel negat. Deinde necessarium est, ut eidem reluceat aliquatenus concordia, aut discordia prædicati, & subjecti. *Mens* enim nostra eo fere modo se habet ad concordiam vel discordiam prædicati cum subjecto, dum annuit, vel abnuit, quo se habet ad objecti bonitatem, vel malitiam, dum illud eligit, aut rejicit: quemadmodum igitur non potest objectum quodpiam eligere, aut rejicere, nisi in eo quamdam speciem boni, aut mali percipiat; ita etiam non potest prædicatum de subjecto affirmare, vel negare, nisi concordia, aut discordia prædicati cum subjecto eidem aliquatenus reluceat.

Dico: *nisi aliquatenus reluceat*. Neque enim ad iudicium ferendum prorsus necessarium est, ut concordia illa, vel discordia clare ac distincte cognoscatur: sæpe illa iudicanti obscure duntaxat proponitur; sæpe *apparens* pro *vera* obtruditur. Unde fit, ut incauti in falsa iudicia non raro prolabantur. Sic etiam *apparens* bonum, vel malum sæpe pro *vero* amplectimur, aut refugimus.

Coroll. 2. Non igitur temere præcipitandum est iudicium, priusquam concordia, vel discordia prædicati cum subjecto rite discutiatur. Secus enim fre-

quen-

quenter eveniet, ut audientibus ludibrio simus. Al-
te menti infixum hæreat illud Ciceronis: „quoties
„ aliquid aut dicimus, aut loquimur, toties de no-
„ bis judicatur. „ *Sermon: loquere adolefcens ut te noſcam.*

§. II.

Quid Judicium verum, & falſum? certum, & in-
certum? evidens, & obſcurum? *certum? evidens, & obſcurum? V = Logica hoc propria luce gaudet*

53. Veritas, quatenus ad Logicam pertinet, est *e.g. hinc*
convenientia, falſitas autem diſconvenientia cogi- *ſuſcipit*
tationis cum objecto ſuo. Itaque judicium verum *quæſitum*
est, quod cum objecto ſuo congruit, falſum vero,
quod ab eodem diſcrepat. *ſi viderem Annu ex judicium Annu eſt judicium*

54. Veritas cogitationum noſtrarum ſe ſe ma- *Logica Verum*
niſtare ſolet per quædam *indicia*, ſeu *criteria*,
quæ rationem in ſe continent, cur veritas illa aſſe- *credimus*
intelligatur. Indicia hæc *ſufficientia* ſunt tunc,
quum veritatem menti ita proponunt, ut de illa du-
bitare nequeas; *inſufficientia* autem, ſi omnem de
opposito formidinem non excludant. Jam qui ſuffi-
cientiâ veritatis *indicia* habet, is de veritate *certus*
est, *incertus* autem, ſi ſufficientia veritatis *indicia*
ipſi non ſuppetant. Quod ſi ergo denominatio *cer-*
ti, aut *incerti* judicio convenit (nam potius mens
dicenda est certa, vel incerta de veritate ſui judicii.)
judicium *certum* dicendum est, cujus veritati mens
ob ſufficientia veritatis *indicia* firmiſſime adhæret abs-
que ulla de oppoſito formidine; *incertum* autem,
cujus veritati ob defectum ſufficientium *indiciorum*
mens cum quadam de oppoſito formidine, ac ſoli-
citudine aſſentitur.

55. Certitudo tribui ſolet in Metaphyſicam,
Phyſicam, & Moralem. *Metaphyſica* est, ſi ſuffi-
cientia veritatis *indicia* ejuſmodi ſint, ut fallere nul-

et cum peculiari claritate Conjuncta.

lo modo possint. Talis in nobis est certitudo hujus
 e. g. judicii: *Idem non potest simul esse, & non esse.*
 Si sufficientia indicia non plus evincant, quam *ser-*
vatis naturæ legibus rem non posse aliter esse, ac
 mens judicet; certitudo dicitur *Physica*. Hoc mo-
 do certi sumus effluxuram aquam, si in cribrum in-
 fundatur. Denique sufficientia veritatis indicia, quæ
 secundum leges duntaxat humanæ prudentiæ fallere
 nequeunt, *moraliter* dicuntur parere certitudinem.
 Sic ob unanime Scriptorum testimonium moraliter
 certus sum, Gallos a Casare devictos olim fuisse.

Coroll. Fieri potest, ut indicis, seu motivis
 reapse falsis ita abripiantur incauti, ut errori cuiquam
 firmissime omnino adhæreant, simulque existiment,
 se falli nequaquam posse. Certitudo igitur *vera* ab
apparente discernenda est. Sic Heterodoxorum cer-
 titudo, qui falsis dogmatibus tamquam veris firmi-
 ter adhærent, *apparens* duntaxat est. Quod qui-
 dem non eo sensu accipi debet, quasi illi apparen-
 ter duntaxat adhererent suis dogmatibus; sed quod
 eorum certitudo motivis solum *apparenter* firmis in-
 nitatur.

"iudicium certum"

56. *Evidens* iudicium est; cujus certitudo con-
 junctam habet peculiarem quamdam claritatem, vi
 cujus veritas tam aperte, distincte, ac perspicue co-
 gnoscitur, quemadmodum percipit oculus lucem.
 Claritas hæc dependet tum ab objecti notis menti
 propositis, tum a perspicacia mentis, lumine natu-
 ræ &c. Si claritas dicta deficiat, iudicium *obscu-*
rum dici solet.

Coroll. Omne evidens iudicium simul etiam
 certum est; at non vicissim. Nam e. g. dum tres
 in Deo Personas agnoscimus, iudicium nostrum *cer-*
tum est, ob infallibilem ipsius Dei revelantis autho-
 ritatem: at simul tamen *obscurum* manet; cum ejus

*Idem e. ma
 per sua part*

*ab ege
 nientia
 pelulian
 agnam
 uatoritate*

veritatem claro, ac perspicuo mentis obtutu non assequamur.

57. Evidentia non secus ac certitudo, in Metaphysicam, Physicam, & Moralem dividi solet. Harum definitiones ex num. 55. facile erui possunt.

§. III.

*Quid scientia, opinio, fides, dubium, suspicio?
& quæ horum divisiones?*

58. *Scientiæ* vocabulo non una subest notio. Imprimis significat habitum asserta demonstrandi. Deinde sumitur pro integra quadam veritatum demonstratarum collectione: quo sensu Geometria, Astronomia &c. *scientiæ* dicuntur. Denique hoc nomine venire solet etiam iudicium quodlibet certum, & evidens. Atque de scientia hoc postremo sensu accepta hic nobis sermo est.

Coroll. Quemadmodum triplex est evidentia iudicii, ita etiam triplex scientia statui potest: Metaphysica nempe, Physica, & Moralis. *Metaphysica* omne simpliciter dubium excludit de opposito: *Physica* illud tollit sub hac solum hypothesi: si serventur naturæ leges. *Moralis* præstat, ut prudens dubium de opposito haberi nequeat.

Schol. Quidam veterum Philosophorum negabant ullam posse homines consequi scientiam. Hinc se de rebus omnibus dubitare professi sunt; & interrogati, an non saltem *scirent* se dubitare, reposuerunt, sibi id quoque dubium esse, an dubitent. Hos inter præcipuus Pyrrho Eleus eo dementiae dicitur pervenisse; ut nulli belluæ occurrenti cederet e via, propterea, quod dubitaret, an non a sensibus belluam mentientibus sibi illuderetur. At ridiculum eorum dubium vel intimus sensus noster refu-

tat: deinde multiplicem posse nos adipisci scientiam, ex iis etiam liquido patebit, quæ Dissert. 4ta de criteriis veritatis speciatiim dicturi sumus. *dein unde solent.*

59. *Opinio* est assensus incertus, qui nititur motivo verosimili quidem, sed tamen fallibili, ac proinde incerto; hoc est, qui habet quidem aliqua veritatis indicia, sed non sufficientia (54).

60. *Fides* est iudicium, quo propter alicujus auctoritatem annuimus, aut abnuimus. Qui hoc modo annuit, vel abnuuit, *credere* dicitur. Porro auctoritas, ejusque persuadendi vis sita est in *scientia*, & *veracitate* authoris, cui credimus. Nec enim solemus habere fidem, nisi ei, quem & scire id, quod testatur, & verum velle dicere arbitramur.

61. *Fides* aut *Divina* est, aut *humana*: prout nempe Divinæ, vel humanæ auctoritati innititur. Divina undequaque certissima est; cum Deus neque ignorare quidpiam, neque etiam aliter, ac cognoscat, testari possit. Quid de humana sentiendum sit, ex Dissert. 4ta patebit.

62. *Dubium* est is status mentis, quo hæc neutri parti contradictionis assentitur, sed suspensum tenet iudicium, vel ob defectum indiciorum veritatis, vel ob æqualitatem eorundem in utramque partem. Hinc aliud est *dubium negativum*, aliud *positivum*. *Negativum* est, si mens idcirco anceps hæreat, quod nec pro assensu, nec pro dissensu prudente habeat rationes *sufficientes*. *Positivum* vero est, dum ideo suspenditur iudicium, quia pro utraque parte ejusdem roboris momenta pugnare videntur.

63. *Suspicio* est ille status mentis, quo hæc propendet quidem ad iudicium ferendum; neque tamen fert illud propterea, quod rationes, quibus ad id incitatur, non videantur ad ferendum prudenter iudicium sufficere.

Schol.

ullas

e.g. furum.

Schol. Ne diversa termini *sufficiens* in præcedentibus usurpatione aliquam hoc loco obscuritatem adferat, nota: aliud est, *adesse sufficientia ad hoc indicia, seu momenta, ut sine ulla sollicitudine, formidineque adhæreas cujuspian judicii veritati*; aliud, *adesse sufficientia momenta ad hoc, ut judicium quodpiam prudenter ferre possis*. Priore sensu accepta *sufficientia* indicia, seu momenta scientiam pariunt: altero autem sensu accepta etiam in quavis prudente opinione locum habent.

CAPUT SECUNDUM.

De Natura Propositionis.

§. I.

Quid Propositio, & quæ ejus partes?

Præm. 6.

64. *P*ropositio, seu *enunciatio* est interni judicii externa manifestatio, facta verbis scriptis, vel ore prolatis. e. g. *Deus est justus.*

Tres partes complectitur omnis Propositio: subjectum videlicet, prædicatum, & copulam. *Subjectum* est id, aut potius ejus signum, de quo quidpiam affirmatur, vel negatur. *Prædicatum* est signum ejus, quod affirmatur, vel negatur. *Copula* nomine venit verbum illud, quod prædicati cum subjecto concordiam, vel discordiam exprimit. Sic in allata paullo ante propositione subjectum est *Deus*; prædicatum *justus*; copula verbum *est*.

Coroll. 1. Si quid igitur præter hæc reperiatur in propositione, id pro affectione termini alterutrius habendum est. e. g. In hac propositione: *ventus est fluxus aeris*, vox *aeris* est affectio prædicati *fluxus*.

Coroll. 2. Sæpe paucioribus vocabulis absolvi-
tur propositio, quam ut tres ejus partes distincte
possint assignari. Plures igitur ejus partes unico vo-
cabulo contineri possunt. e. g. Si dicas: *vivit Do-*
minus, prædicatum & copulam simul verbo *vivit*
exprimis: si autem dicas *vivo*, omnes tres partes
Propositionis unico verbo implicas. Nonnunquam
copula prorsus negligitur: e. g. *Initium sapientie*
timor Domini. *Cognoscite viam* *oculorum* *carum*

Coroll. 3. Modo memoratas propositiones facile
explicabis, si verbo sufficias participium, & verbum
auxiliare *est* adjungas. Sic prima in hanc commu-
tari potest: *Dominus est vivens*; altera in hanc:
ego sum vivens.

Schol. Subjectum, & prædicatum *extrema* vel
termini propositionis nominari solent, propterea, quod
communiter ita locentur in propositione, ut ejus
extrema occupent. Quæ causa est, quod vocabu-
la, quæ ideas nostras exprimunt, etiam extra pro-
positionem *termini vocales* nuncupentur.

§. II.

De diversa terminorum in propositionibus *Suppositione.*

65. *Suppositio* termini est ejusdem actualis significa-
tio, & usurpatio in propositione; ita ut pro illo
objecto dicatur *supponere* terminus in propositione,
pro quo hic, & nunc usurpatur. e. g. Dum tem-
pore lunaris eclipseos ais: *hic planeta eclipsim pati-*
tur, terminus *planeta* dicitur *supponere* pro determi-
nato caelesti corpore, quod eo termino hic, & nunc
designas, quodque Lunam nominare solemus. Un-
de cavendum est, ne suppositio termini confunda-
tur cum ejusdem significatione generatim accepta.

Significatio termini in lexicis quæri debet, estque ipsa determinatio termini ad rem quampiam designandam juxta arbitrariam inventorum linguæ institutionem: suppositio autem est ipsa actualis usurpatio termini in propositione pro quopiam objecto, de quo hic, & nunc cogito; quæ usurpatio potest sane esse varia, tametsi significatio termini a linguæ re-pertoribus statuta profus non varietur. e. g. Terminus *homo* ^{clara proprie} non aliud significat, quam animal rationale: in hac tamen propositione: *Petrus est homo*, usurpatur, seu *supponit* pro determinato animali rationali, cui nomen *Petrus*: item in hac: *homo est dissylabum*, usurpatur, seu *supponit* solum pro nuda voce, & nullatenus pro significato suo.

66. In varias classes tribuitur s. ppositio. *Materialis* est termini pro se ipso usurpatio. e. g. *Homo est vox*. *Formalis* est ejusdem usurpatio pro ipsa re significata. e. g. *Homo ad cælestia, non ad caduca natus est*.

67. *Suppositio formalis* alia est *simplex*, personalis alia. *Simplex* est usus termini pro significato suo secundum eam duntaxat rationem accepto, quæ illi juxta nostram considerationem convenit. Sic dum ajo: *animal est genus*, animal non sumo ita, prout reapse existit, sed eas duntaxat intelligo notas, quæ singulis animalium speciebus communes sunt. *Personalis* est usus termini pro significato suo, ut istud in se est, accepto. e. g. *animal est vivens*. Etenim quod animal vivat, profus non dependet a nostro cogitandi modo.

68. *Suppositio personalis* subdividitur in singularem, distributivam, collectivam, disjunctivam, & disjunctam. *Singularis* est usus termini vel singularis, vel singulari æquivalentis. e. g. *Judas*, vel

hic Apostolus prodidit Christum. Terminorum *Judas*, *hic Apostolus* suppositio est singularis.

69. *Distributiva* est usus termini universalis, vel communis (37) pro suis inferioribus omnibus, in propositione affirmativa per particulam *Et*, in negativa vero per particulam *nec* seorsim enumerandis. e. g. In affirmativa hac propositione: *omnis homo est animal*, *omnis homo* supponit distributive, hincque propositionis est sensus: *Et Petrus, Et Paulus, Et Jacobus &c. est animal.* Pariter in negativa hac: *Lapis non est animal*, *animal* supponit distributive; sic enim dicta propositio resolvi debet: *Lapis nec est Homo, nec Leo, &c.*

70. *Distributiva* suppositio vel est completa, vel incompleta. *Completa* est, si terminus universalis, vel communis supponat ^{accipitur} pro singulis individuis, seu, ut ajunt, *pro singulis generum.* Si vero supponat pro speciebus duntaxat, vel generibus sub se contentis, seu *pro singulorum generibus*; suppositio distributiva erit *incompleta.* *Completae* exemplum habes in allatis paullo ante propositionibus: *Omnis homo est animal. Lapis non est animal. Incompleta* est in hac e. g. *Omne animal fuit in Arca Noe.* Hujus enim iste duntaxat est sensus: *Et ex hac animalium specie, Et ex illa &c. fuit in Arca Noe.* Quandoque termini suppositio distributiva dicitur *accommoda*; si nimirum ille accipiat pro singulis suis inferioribus cum exceptione cujusdam. e. g. In hac propositione: *omnis homo peccavit in Adam*, *omnis homo* supponit *accommode*, excepta nimirum immaculate concepta *V. MARIA.* Unde ejusmodi propositio dicitur *in sensu accommodo* vera.

71. *Suppositio collectiva* est usus termini communis vel universalis pro suis omnibus inferioribus collective sumptis; ut si dicas: *Omnes Apostoli erant duo-*

duodecim. Sensus est, omnes collective sumptos fuisse numero duodecim.

72. *Disjunctiva*, seu *determinata* est usurpatio termini particularis pro certo, ac determinato significato. e. g. *Aliquis Apostolus prodidit Christum.* *Aliquis Apostolus* supponit *determinate*: si enim omnes Apostoli per particulam disjunctivam vel enumerentur dicendo: *vel Petrus, vel Jacobus &c. prodidit Christum*; devenietur tandem ad unum, nempe Judam Iscariotem, de quo *determinate* verum sit dicere, quod prodiderit Christum.

73. *Disjuncta* denique, quæ etiam *indeterminata*, *vaga*, dicitur, est usurpatio termini particularis pro aliquo significato *indeterminate*, & *vage* ita, ut tamen omnia singularia per particulam vel enumerentur, nullum tamen eorum *determinate* per terminum illum particularem designetur. e. g. *Aliquis calamus est necessarius ad scribendum.* *Aliquis calamus* supponit *vage*, & *indeterminate*; tamen enim propositio illa hunc sensum habeat: *vel calamus A, vel B &c. est necessarius ad scribendum*; de nullo tamen calamo verum est dicere, quod ille *determinate* sit *necessarius ad scribendum*, dum alii adsunt æque apti.

Regulæ discernendi suppositionem subjecti in propositione.

74. *Ima.* Quando subjectum propositionis est terminus universalis, ^{omni} ejus suppositio erit *distributiva*, si prædicatum singulis illius inferioribus seorsim conveniat; *collectiva* autem, si prædicatum non nisi de tota inferiorum collectione possit enunciari. Exempla paullo superius allata sunt num. 69 & 75. *omni* *scilicet* *hunc* *72-75*

2da. Si subjectum sit terminus particularis, prædicatum vero exprimat aliquam necessitatem, vel cupiditatem; suppositio subjecti est *vaga*, seu *indeterminata*. e. g. *Aliquis calamus est ad scribendum necessarius*. Nullus quippe calamus assignari potest, per quem determinate huic necessitati satisfieri debeat. At, si prædicatum actionem aliquam, vel passionem designet, subjectum supponet *disjunctivè*, seu *determinate*. Actio enim, vel passio subjecto indeterminato convenire nequit. Hoc modo supponit subjectum propositionis num. 72. allatæ.

Regulæ suppositionum pro prædicato.

75. *Reg. 1ma.* In propositione affirmativa prædicatum supponit *disjunctivè*. ^{id est dicitur} e. g. *Petrus est homo*, sensus est: *Petrus est vel homo A, vel homo B &c.*

Reg. 2da. In negativa prædicati suppositio est distributiva. e. g. ^{id est univocaliter} *Lapis non est animal idem significat, ac: Lapis nec est Homo, nec Leo &c.* *

CAPUT TERTIUM.

De Divisionibus Propositionum.

§. I.

Quæ diversitas propositionum ratione qualitatis?

v. Quæ in oppositi

Qualitatis nomine intelligo eas in propositione proprietates, per quas respondetur ad interrogationem: qualis est propositio? Hinc

76. *Ratione qualitatis dividitur propositio I. in affirmativam, & negativam. Illa iudicium affirmativum; hæc negativum enunciat.*

Schol.

Schol. Si particula negans non afficiat copulam; ^{si verum} sed vel subjectum, vel prædicatum duntaxat; propositio reapse affirmativa erit, diceturque *infinita*, vel, ut alii loquuntur, *infinitans*. e. g. Non ulcisci, cum possis, injurias pulchra virtus est.

77. II. In veram, & falsam. *Vera* est, si ejus obiectum ita se reapse habeat, ut enunciatur; sin minus; propositio pro *falsa* habenda est.

Schol. Ad propositionem falsam illa quoque referenda est, quam *de subjecto non supponente*, vel etiam *falsæ suppositionis* nominamus. In hujusmodi propositionibus assumitur quidpiam, & vel aperte, vel implicite *supponitur* esse verum, quod reapse falsum est. e. g. Hæc propositio: *Judas, innocentissimus Christi Apostolus, laqueo vitam finivit*, aperte *supponit*, innocentem fuisse Judam. Hæc vero: *Antichristus in foro ambulat*, implicite ait existere Antichristum; cum impossibile sit eum non existere, si in foro ambulet. Utraque igitur est *de subjecto non supponente*, seu *falsæ suppositionis*.

In hujusmodi propositionibus solet negari *suppositum*: quod tamen faciendum non est, nisi tunc, dum omnino dissimulari non potest. e. g. Prior altatarum nequit negari tota, cum reapse verum sit, Judam laqueo vitam finivisse: at neque concedi potest, quin simul quidpiam falsi concedatur, scilicet eum fuisse innocentem: in hac igitur negatio suppositi legitima est. At altera simpliciter negari & potest, & debet, quin ulla suppositi falsi mentio fiat.

78. III. In certam, probabilem, improbabilem, & dubiam. *Certa* est, cujus veritati sic adheret intellectus, ut de ea, saltem prudenter dubitare nequeat. Triplicem esse propositionis certitudinem; *Metaphysicam*, *Physicam*, & *Moralem*, e num. 55. facile deduci potest.

Schol.

Schol. Si proprie loqui velimus, non propositio *certa*, sed mens potius de veritate propositionis *certa* dicenda est. Quoties enim fit, ut eadem propositio uni *certa* sit, non item alteri, prout nempe ejus veritas uni *clarius*, quam alteri proponitur? Usus tamen jam obtinuit, ut paullo ante definita propositio *certa* vocetur.

79. Propositio *certa*, cujus veritatem mens ipsa perspicue assequitur, & quodammodo videt, ac intuetur, *evidens* dici solet; non secus, ac de iudicio locuti sumus num. 56. Cujus loci corollarium huc quoque quadrat; uti & triplex evidentiae classis, mox sequente numero indicata. Quod si evidentia *Metaphysica* oriatur ex sola terminorum recta perceptione, propositio *evidens* dicitur per se nota. Hujusmodi sunt omnia principia lumine naturae nota. e. g. *Idem non potest simul esse & non esse; totum est majus sua parte. Solia sunt omnia axiomata*

Coroll. 1. Tametsi omnis propositio *per se nota* sit *evidens*, non tamen vicissim; cum multarum veritas non sola terminorum recta apprehensione, sed ratiocinando detegatur. *Omnes radii in circulo sunt aequales*

Coroll. 2. Eadem propositio potest uni esse *evidens*, non item alteri; si nempe unus perspicue videat ejus veritatem, non item alter.

80. *Probabilis* propositio illa dicitur, quae ob unam, vel plures graviore rationes *videtur vera*, non tamen omni erroris periculo, ac metu libera. Porro illae rationes censentur esse *graves*, quae virum sapientem, ac prudentem ad assentiendum movere, & inducere possunt. *og Luna h' suos Incolay*

Coroll. 1. Igitur propositio *probabilis* non nisi opinionis enunciatio est (59.) *na habita in capite resida*

Coroll. 2. Saepè fit, ut pro una duarum propositionum oppositarum, quae in se falsa est, graviore
ra-
bro.

rationes pugnare videantur, quam pro altera, quæ reapse vera est. Non igitur universe concludendum est, eam ex duabus oppositis propositionibus esse *veram*, quæ probabilior apparet, sed esse duntaxat *verosimiliorem.* *eg. Amigodes*

Coroll. 3. Tametsi propositio quæpiam prius probabilis fuerit; si tamen ejus falsitas sensim manifesta fiat, probabilis esse desinit. Quippe rationes, quibus innititur, virum sapientem ad assensum movere non amplius poterunt. *Amigodes dicitur*

Coroll. 4. Discrimen faciendum est inter propositionem *probabiliter veram*, & *possibiliter veram*. Nam ad hanc sufficit, si in eo, quod enunciat, verificando nulla possit ostendi impossibilitas: ut vero aliqua propositio dicatur probabiliter vera; adesse præterea debent rationes graves, quæ suadeant, sic rem se habere, ut illa enunciat. Sic *possibilis* est futura inveterati peccatoris pœnitentia in agone, sed non est *probabilis*.

81. *Improbabilis* propositio est, quæ nullo motivo gravi, & ad prudentem assensum sufficiente nititur. Quod si quis absque hujusmodi gravi motivo contra communem meliorum sensum quidpiam affirmet, vel neget; ejus propositio non improbabilis modo, verum *temeraria* etiam dici solet. *quis dicitur dicitur*

82. Propositio *dubia* est, cui mens nec assentiri, nec dissentire audet, propterea, quod utrinque vel paria, vel nulla adsint motiva, seu veritatis indicia. Ac primo quidem casu *positive dubia*, altero autem *negative dubia* solet nuncupari. Vide num. 62. *in Coroll. 3. alii dicitur*

83. IV. Alia est propositio simplex, alia complexa, seu composita. *Simplex* tam subjectum, quam prædicatum unicum duntaxat habet. e. g. *Veritas odium parit.* In *complexa* plura adsunt vel sub-

Tercenting

subjecta, vel prædicata, vel utraq̃ue. e. g. *Obsequium amicos, veritas odium parit.*

84. Ex propositionibus complexis cumprimis notandæ sunt: hypothetica, copulativa, & disjunctiva. *Hypothetica*, seu *conditionalis* prædicatum de subjecto sub hypothese quadam, seu conditione enunciat. e. g. *Si peccator non egerit penitentiam, peribit.* Duæ partes in ea discernendæ sunt: *conditio*, & *conditionatum*. In allata propositione conditio est: *si peccator non egerit penitentiam*; conditionatum: *peribit.*

et negat
et sub
disjunctiva
ubi in
tenetur
Copulativæ propositionis membra particulis *Et*, *atque*, *nec* &c. disjunctivæ vero particulis *vel*, *aut* &c. junguntur. Copulativa est e. g. *Qui aliis præest, Et amari, Et timeri debet.* Disjunctiva: *Peccatori aut penitendum, aut ardendum.*

85. V. His adjici potest ea divisio propositionum, quam hæc a diversis illis modis, quibus prædicatum subjecto convenire, aut non convenire potest, nanciscuntur. Nempe si prædicatum necessario insit subjecto, propositio dicitur esse *in materia necessaria*. e. g. *Homo est animal, Homo non est animal.* Si autem prædicatum a subjecto necessario excludatur, seu affirmans, seu negans sit propositio, est *in materia impossibili*. e. g. *Homo est Leo, Homo non est Leo.* Si denique prædicatum ejusmodi sit, ut tam convenire, quam etiam non convenire subjecto possit, propositionem aimus esse *in materia contingente*. e. g. *Cajus est miles, Cajus non est miles.* Ex his patet, in definienda propositionis materia neque veritatem ejus, aut falsitatem, neque affirmationem, aut negationem attendi, sed modum illum, quo prædicatum subjecto convenit, aut non convenit. or

§. II.

*Quæ diversitas propositionum ratione quantitatis?
quæ item ratione oppositionis?*

86. ⁺*Quantitas* propositionis est ejus in plura, vel pauciora subjecta extensio. Hinc ratione quantitatis est quadruplex: videlicet universalis, particularis, singularis, & indefinita. *Universalis* est, cujus subjectum est terminus universalis; ut: *Omnis peccans errat.* *Particularis*, cujus subjectum est terminus particularis, ut: *Aliquis Apostolus Christum prodidit.* *Singularis*, cujus subjectum est terminus singularis, ut: *Judas Christum prodidit.* *Hic homo sancte vivit.* &c. Hic homo
Omnis peccans
nullo lapso
sensit
Alexander
pater Domini
Petrus idem

Coroll. Pro singulari habenda est propositio, cujus subjectum collectionem plurium per modum unius significat, tamen universalis termini signum habeat præfixum. e. g. *Omnes Apostoli erant numero duodecim.* Tota enim ejusmodi collectio instar unius individui sumitur.

87. *Indefinita* propositio dicitur, cujus subjectum est terminus communis (37). e. g. *Calamitosus est misericordia, quam contumelia dignior.* Nuncupatur *indefinita*, quod diserte non exprimatur, an prædicatum ad omnia inferiora subjecti, an vero ad aliqua solum pertineat.

Coroll. Indefinita propositio pro universali habenda est, si prædicatum subjecto necessarium sit: secus vero censenda est particularis. Ita hæc: *virtuti sua inest pulchritudo*, universali æquivalet; at ista: *Borussi Pragam oppugnaverunt*, particulari. omnino sensus est
animal.

88. Propositiones idem subjectum, & prædicatum habentes dicuntur *oppositæ*, si earum altera prædicatum subjecto attribuat, altera ab eodem removeat. Sunt autem potissimum contradictoriæ, vel

contrariæ. *Contradictoriæ* dicuntur, quarum una id ipsum negat, quod affirmat altera, ita ut negativa nec plus, nec minus neget, quam ad falsitatem affirmativæ requiratur. e. g. *Contradictoriæ* sunt duæ hæ propositiones: *Cajus est pius, Cajus non est pius.* *Contrariæ* propositiones sunt duæ propositiones universales, quarum una id universe affirmat, quod altera universe negat. e. g. *Omnis Logicus disputat; nullus Logicus disputat.*

Coroll. Igitur 1) propositionis universalis affirmativæ contradictoria est negativa particularis. e. g. Hujus: *Omnis Logicus disputat*, contradictoria est: *Aliquis Logicus non disputat.* Nam ad hoc, ut falsum sit, omnem Logicum disputare, profecto nec plus, nec minus requiritur, quam ut aliquis Logicus non disputet. 2) Similiter patet, negativæ universalis contradictoriam esse affirmativam particularem. e. g. Huic: *Nullus Logicus disputat*, contradicit hæc: *Aliquis Logicus disputat.* 3) Copulativæ contradicit disjunctiva; disjunctivæ copulativa. e. g. *Contradictoriæ* sunt: *Cajus est pius, & studiorum amans; Cajus vel non est pius, vel non est studiorum amans.*

Schol. Oppositionis contradictoriæ magnus est usus, cum primis in legibus, sententiis &c. dilucidandis, & interpretandis. Cum enim duæ propositionis contradictoriæ neque simul veræ, neque simul falsæ esse possint, ut inferius dicemus; si aliqua sententia quidpiam e. g. affirmet, legitime concludet Adversarius, in eadem implicite negari id, quod affirmatæ veritati contradictorium est. Hinc si non perspicias, quamam debeat affirmatæ illi veritati contradictoria statui; idem Adversarius sæpe falsas adversum te, quas tamen negare non audeas, conclusiones formabit. Neque tamen propterea quæ nescio leges huc accumulandæ sunt, modo hoc unum

sem-

*Qui non
Abbit et
Hæc sunt
Tunc qd.*

semper præ oculis sit: in contradictoriis negativam nec plus, nec minus debere negare, quam ad falsitatem affirmativæ requiratur.

89. Solent præterea duæ adhuc oppositiones statui, nempe subcontraria, & subalterna. *Subcontraria* est, quæ inter duas propositiones particulares ejusdem subjecti, & prædicati, quarum altera sit affirmans, altera negans, interest. e. g. *Aliquis Logicus disputat, aliquis Logicus non disputat.*

90. *Subalterna* est discordia duarum propositionum secundum solam quantitatem, si nempe una sit universalis, particularis altera, sed tamen utraque vel affirmans, vel negans. e. g. *Omnis Logicus disputat, aliquis Logicus disputat.* Illa, quæ universalis est, *subalternans*; quæ vero particularis, *subalternata* dici solet.

Schol. Re perpenſa facile patet, subalternas propositiones reapse non esse oppositas. Subcontrariæ, quum utriusque subjectum pro uno eodemque individuo supponit, contradictoriæ sunt; secus vero neque hæ sibi invicem opponuntur. *Paulus de*

§. III.

De classibus Propositionum in methodo scientifica usitatarum.

91. **I**n methodo scientifica aliæ propositiones dicuntur indemonstrabiles; demonstrabiles aliæ. *Propositio indemonstrabilis* ea dicitur, quam n. 79. *per se notam* nuncupavimus, seu in qua nexus prædicati cum subjecto solis terminis rite apprehensis elucescit: *demonstrabilis* vero est, cujus veritas ex aliis propositionibus notis evidenter deducitur. Solent deinde propositiones dividi in theoreticas, & practicas. *Theoretica* est, in qua nonnisi concordia,
Logica. D dia,

dia, vel discordia prædicati cum subjecto enunciat-
 tur; ut si dicas: *Totum est majus sua parte.* Pra-
 ctica vero propositio dicitur, in qua fieri quidpiam,
 aut fieri debere asseritur, vel postulatur; ut si di-
 cas: *Scientia Matheſeos Philoſopho diligenter com-
 paranda eſt;* vel: *concipiatur ab hoc puncto ad alte-
 rum duſi linea recta.*

92. His intellectis facilis eſt definitio axiomatis,
 poſtulati, theorematis, & problematis. Nimirum
Axioma eſt propositio theoretica indemonſtrabilis;
 e. g. *Totum eſt majus ſua parte.* *Poſtulatam* eſt
 propositio practica indemonſtrabilis. e. g. *A quovis
 puncto ad aliud linea recta duci poteſt.* *Theorema*
 eſt propositio theoretica demonſtrabilis. e. g. *Anguli
 ad verticem oppoſiti ſunt æquales.* Denique *Problema*
 eſt propositio practica demonſtrabilis. e. g. *Data
 rectæ parallelam ducere.*

93. *Porisma* eſt demonſtratio prævia, quæ ad
 illuſtre quoddam theoremata, vel problema facilius de-
 monſtrandum nonnunquam præmittitur. Si hujus-
 modi prævia demonſtratio ex aliena diſciplina voce-
 tur in ſubſidium, *lemmatis* nomen obtinet.

94. *Corollaria* ſeu *conſeſtaria* ſunt propositio-
 nes, quæ ex præcedentibus facile deduci poſſunt.
 Majoris tamen claritatis gratia, brevis, & plana de-
 monſtratio corollario etiam frequenter adjicitur.
Scholia demum, quæ fere corollariis ſubjungi ſolent,
 ea ſunt, in quibus aut declarantur obſcura, aut Le-
 ctor utiliter admonetur de quibusdam, quæ præce-
 denti ſeriei commode inferi non potuerunt.

CAPUT QUARTUM.

De Veritate, & Falsitate Propositionum.

§. I.

Quid requiratur ad veritatem propositionum?

95. Si terminus concretus pluribus vocabulis exprimitur, ut tam subjectum ejus, quam etiam forma pateat (24. Cor.); oratio illum explicans præter rectum plerumque obliquo etiam casu constabit. Nempe, ut præstantium Dialecticorum sensus est, in creatis (quidquid de Divinis sentiant Theologi) concreti subjectum *recto*, seu nominativo, forma vero plerumque *obliquo* casu est explicanda. Hinc juxta eos e. g. animal sic explicatur: *substantia vè sentiendi prædita*; album: *ens habens albedinem*.

Coroll. 1. Tam subjectum, quam etiam prædicatum propositionis potest esse terminus concretus; si igitur istud eveniat, in utroque rectus ab obliquo discernendus erit.

Coroll. 2. Cum terminus abstractus exprimat notionem abstractam (34), facile patet, subjectum propositionis, vel prædicatum, si terminus abstractus sit, recto duntaxat constare, non item obliquo. *verius hom. ornat.*

Schol. His notatis regulæ quæpiam pro discernenda propositionum veritate sunt adferendæ, sed eæ tantummodo, quæ cum primis scitu dignæ sunt; ne regularum copia majus negotium facessat Tiboni- bus, quam res ipsæ, quarum gratia factæ sunt.

95. Reg. 1^{ma}. Ut vera sit propositio affirmati- va in materia contingente (85), requiritur 1) exi-

stentia tam prædicati, quam subjecti pro tempore per copulam indicato, & quidem cum iisdem obliquis, & modis, quos exprimit propositio. 2) Requiritur, ut idem sit rectus & prædicati, & subjecti. Dico *rectus*: cum enim obliqui de se mutuo non affirmantur; eorum distinctio non officit veritati. e. g. Vera est hæc propositio de lacte: *hoc album est dulce*, seu *hæc substantia habens albedinem est substantia habens dulcedinem*, tametsi obliqui, nimirum albedo, & dulcedo inter se distinguantur.

Schol. Dictum est in regula: requiri existentiam, tam prædicati, quam subjecti *pro tempore per copulam indicato*. At istud de iis solum enunciationibus est intelligendum, quarum prædicatum nequit convenire subjecto, nisi reapse existenti. Hinc vera est hæc: *Antichristus est cognitus*, tametsi Antichristus necdum existat; cum prædicatum *cognitus* ei etiam non existenti convenire possit.

97. *Reg. 2da.* Ut Propositio affirmativa *in materia necessaria* vera censeatur, absoluta subjecti existentia non est necessaria. e. g. *Leo est animal* vera esset, tametsi nullus leo existeret. Ejusmodi enim propositionibus non plus exprimitur, quam prædicatum in subjecto necessario contineri, ita ut repugnet dari hoc subjectum, quin simul in eo contineatur hoc prædicatum; e. g. ut repugnet dari leonem, quin ille sit animal: istud autem verum sane esset, tametsi nullus leo existeret. Unde patet, necessariis id genus propositionibus, quod ad existentiam subjecti, & prædicati attinet, reapse conditionatum subesse sensum. e. g. *Leo est animal* hunc sensum habet: *si existit leo, existit animal, idque idem cum leone.*

Schol. Regula hæc in divinis non æque habet locum, ac in creatis. Nam e. g. *Deus est vera hominis*

minis felicitas, si rite explicetur, non conditionatum, sed absolutum hunc sensum continet: *Et existit Deus, Et existit vera hominis felicitas, Et Deus est vera illa felicitas hominis.*

98. *Reg. 3tia.* Ut enunciatio hypothetica vera sit, necesse non est, ut conditio absolute ponatur; necessarius tamen est is nexus conditionem inter & conditionatum, ut posita illa istud quoque poni necesse sit. e. g. Hæc: *si justus in finem perseveraverit, salvus erit*, vera est, tametsi multi ex justis sint, qui in finem non perseverent, ac proinde nec salvi fiant: dicta enim connexio conditionem inter & conditionatum hoc non obstante intercedit.

99. *Reg. 4ta.* Propositio copulativa vera dici nequit, nisi omnes ejus enunciationes, seu, ut vocant, membra vera sint. Contra ad veritatem disjunctivæ satis est, si vel unicum ejus membrum sit verum. e. g. Tametsi sedeat Petrus, si tamen non studeat simul, falsa est hæc copulativa: *Petrus Et sedet, Et studet*; attamen vera hæc disjunctiva: *Petrus vel sedet, vel studet.* † Ratio regulæ ab ipsa copulativarum, & disjunctivarum particularum natura pendet.

Schol. His adjiciendæ sunt leges de veritate, & falsitate propositionum oppositarum.

§. II.

Leges propositionum oppositarum.

100. *Lex Ima.* Propositiones contradictoriæ neque simul veræ, neque simul falsæ esse possunt. Sint enim imprimis, si fieri potest, hæc duæ contradictoriæ, *Omnis Logicus disputat, Aliquis Logicus non disputat*, simul veræ. Idem ille Logicus, qui non disputando verificat hanc propositionem, *Aliquis Lo-*

gicus non disputat, simul disputare debet; secus enim non esset vera propositio altera, *Omnis Logicus disputat*. Idem ergo Logicus simul disputat, & non disputat, quod rectæ rationi repugnat juxta notissimum axioma: *idem non potest simul esse, & non esse*. Sint deinde, si fieri potest, eadem contradictoriæ simul falsæ. Idem Logicus, qui non disputando falsam reddit hanc propositionem, *Omnis Logicus disputat*, simul non potest non disputare; si enim non disputaret, non esset falsa propositio altera, *Aliquis Logicus non disputat*. Idem ergo Logicus nec disputat, nec non disputat; quod pariter rectæ rationi contrarium est.

Coroll. Igitur posita veritate contradictoriæ unius legitime infertur falsitas alterius, & vicissim.

101. *Lex 2da.* Enunciationes contrariæ veræ simul esse non possunt: possunt tamen simul esse falsæ in materia contingente. Ratio 1mi est. Sit enim, si fieri potest, vera utraque harum e. g. *Omnis Logicus disputat*, *Nullus Logicus disputat*. Vi primæ disputat e. g. Petrus Logicus, & vi alterius non disputat: idem ergo Logicus disputat, & simul non disputat, quod absurdum est.

Ratio 2di est: quia in dicta materia potest evenire, ut uni ex inferioribus subiecti universalis conveniat prædicatum, non item alteri: istud autem si eveniat, enunciationes contrariæ simul sunt falsæ. Sic ut utraque paullo ante allatarum falsa sit, sufficit, si Petrus Logicus disputet, Paulus Logicus non disputet.

102. *Lex 3tia.* In enunciationibus subalternis: 1) Si *subalternans* est vera, etiam *subalternata* vera sit, oportet. Nam subalternata continetur in subalternante. Sic si e. g. *omnis Logicus disputat*, profecto disputat etiam aliquis Logicus. 2) Si *sub-*

alter

alternata est falsa, etiam *subalternans* falsa sit, oportet. e. g. Si falsa est hæc *subalternata*: *aliquis Logicus disputat*; potiori jure falsa erit hæc *subalternans*: *Omnis Logicus disputat*. 3) In materia contingente potest falsa esse *subalternans*, quin simul falsa sit *subalternata*. Nam in Materia contingente evenire potest, ut prædicatum conveniat uni ex inferioribus subjecti universalis, non item alteri: quod si eveniat; falsam esse *subalternantem*, *subalternatam* autem veram, perspicuum est. e. g. Si pauci, vel unus duntaxat logicorum disputet, falsa est hæc *subalternans*: *Omnis Logicus disputat*: vera ejus *subalternata*: *Aliquis Logicus disputat*.

DISSERTATIO TERTIA

DE

RATIOCINATIONE.

CAPUT PRIMUM.

De Ratiocinatione, & Argumentatione in genere.

§. I.

Quid sit Ratiocinatio? quid Argumentatio? & quæ utriusque partes?

103. *Ratiocinatio* est ea mentis nostræ actio, qua ignotum ex magis notis colligitur. e. g. *Ratiocinatur mens, dum ex his: omne, quod tactum afficit, est corpus, &: lumen tactum afficit, infert: ergo lumen est corpus.*

Coroll. Ignotum illud Judicium, quod ex magis notis ratiocinando inferimus, vel affirmativum, vel negativum est: quare etiam ratiocinatio qualibet vel est affirmativa, vel negativa.

104. In quavis ratiocinatione tria judicia adesse debent. Omnis quippe necessitas ratiocinandi ex eo profluit, quod sæpe duarum idearum inter se concordiam, aut discordiam intuitu simplici nequeamus assequi: quare tertiam quandam ideam cogimur vocare in subsidium, cumque ista duas illas comparare, ut earum concordia, aut discordia comparatione hac detegatur. Istud autem tribus minimum judiciis debere confici, in aperto est. *Ergo*

E. g. Habes notionem & corporis, & luminis, nec perspicis tamen, an lumen corpus sit. Igitur e contemplatione corporis eruis tertiam quandam ideam, scilicet rei, quæ tactum afficit. Cum hac si duas illas conferas, vides imprimis notionem corporis ita congruere cum ipsa, ut judicium isthoc ferre liceat: *omne quod tactum afficit, est corpus*; deinde vides etiam notionem luminis cum eadem tertia concordare, ut verum sit: *lumen tactum afficit*; vitris enim collectum vehementer urit, corpora discerpit &c. Porro habitis binis hisce judiciis, propter manifestam connexionem concludis: *ergo lumen est corpus*. En tria mentis ratiocinantis judicia!

105. Priora judicia, quæ duarum idearum cum assumpta tertia comparationem continent, simul sumpta dicuntur ratiocinationis *antecedens*; illud vero, quod ex illis eruitur, *consequens*. *Consequentia*, seu *illationis* nomine venit ipsa consequentis ex antecedente consecutio.

Coroll. 1. Si igitur consequens ex antecedente nullatenus profluat, nulla adest consequentia.

† *Coroll. 2.* Vis omnis ratiocinationis in eo sita est, ut ex notis ignotum eruatur, videlicet propter connexionem. Igitur tametsi verum sit & antecedens, & consequens; si tamen dicta connexio, seu *consequentia* absit, ratiocinatio vitiosa est. Contra legitima est, non obstante antecedentis, & consequentis falsitate, modo ea inter illa connexio intercedat, vi cujus consequens pro vero haberi debeat ex hypothesi, quod adæquate verum sit antecedens.

106. *Argumentatio* est oratio ad exprimendam ratiocinationem instituta; seu est ipsa ratiocinatio verbis explicata.

Coroll. 1. Quemadmodum ergo in ratiocinatione, ita in argumentatione etiam tria hæc deprehenduntur: antecedens, consequens, & consequentia. Scilicet propositiones, quibus antecedens ratiocinationis exprimitur, vocantur argumentationis *antecedens*: illa vero, quæ ex his infertur, *consequens*. *Consequentia*, perinde ac in ratiocinatione, est ipsa consequentis cum antecedente connexio, vi cujus posito hoc illud quoque poni sit necesse.

Coroll. 2. Quemadmodum de ratiocinatione dictum est num. præc. cor. 2, ita etiam argumentationis vis omnis sita est in ipsa consequentis cum antecedente connexione.

2 *Schol.* Cum consequentia non sit propositio aliqua, cui varii sensus subesse possint, sed sit ipsa consequentis cum antecedente connexio; illa in concertationibus litterariis distinguenda non est, sed vel concedenda simpliciter, vel neganda. At *consequens* ob rationem contrariam frequenter distinguitur.

Quis occidit hominem perdat mentem. seu carnis pax

§. II.

De generalibus principiis, ac legibus argumentationum.

107. **P**ro argumentatione affirmativa hæc duo principia serviunt. *Imum*: Quidquid affirmatur de omni, seu de subjecto, quod universali termino suppositionem complete distributivam (70) habente exprimitur, id potest etiam de singulis ejus inferioribus predicari. e. g. Cum omnis homo sit animal, de Petro quoque affirmandum est, quod sit animal. *Alterum*: Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. Hoc est: si e. g. tam A, quam B sit adequate idem cum eodem tertio C; erit etiam A idem cum B.

108. Pro negativa argumentatione *Imum* principium esto: Quidquid negatur de subjecto, quod universali termino suppositionem complete distributivam habente exprimitur, id de singulis quoque inferioribus ejus negandum est. e. g. Cum nullus homo sit Leo, nec Petrus est Leo. *Alterum*: Quandoque duo, A & B, ita se habent, ut unum eorum idem sit cum tertio C, non item alterum; duo illa, A & B, inter se distinguuntur. e. g. Cum aurum sit metallum, & marmor non sit metallum, bene infero, aurum distingui a marmore.

109. Quodsi nec A, nec B sit idem cum eodem tertio C; neque mutuam eorundem A & B identitatem, neque distinctionem licet inferre. Nam potest fieri hoc casu tam id, ut A & B inter se sint eadem, quam etiam, ut inter se distinguatur. e. g. *Hic homo*, & *Petrus* sunt eadem inter se, tametsi neutrum eorum sit idem cum aliquo tertio, e. g. cum leone. Idem: Homo, & Leo distinguuntur inter

ter se, non obstante, quod uterque eorum distinguatur ab eodem lapide. *habeo fructu. ann. et fruct. argenti.*

Atque his principiis tanquam fundamentis innititur argumentationum veritas, & conclusionum certitudo.

CAPUT SECUNDUM.

De variis argumentandi Generibus.

§. I.

De Syllogismo in genere.

110. Argumentandi genera, de quibus singillatim jam nunc agendum nobis est, sunt: Syllogismus, Enthymema, Epicherema, Dilemma, Sorites, & Inductio. *Paralogism*
Syllogismus est illud argumentandi genus, quod tria ratiocinationis judicia totidem propositionibus expressa continet. e. g. *Omnis virtus est laudanda, sed temperantia est virtus, ergo temperantia est laudanda.* 1^{ma} propositio *Major*, altera *Minor*, 3^{tia} *Conclusio* nominatur. Dux priores etiam *premissarum* nomine veniunt. *Conclusio* *consequens* *et terminus* *extremi*

Coroll. 1. Quilibet Syllogismus tres in se terminos complecti debet. *claus.* Sicut enim ratiocinatio duas notiones cum tertia comparat, ita syllogismus duos terminos, tanquam notionum illarum signa, cum tertio confert, eorundemque concordiam, vel discordiam in conclusione manifestat. *1^{us}* Terminus, qui notiones duas cum tertia comparatas exprimit, *extremi*; tertius vero *medius terminus* appellatur propterea, quod eo quasi intermedio extremi inter se copulentur. *separantur.*

Coroll.

Coroll. 2. Materia, ex qua Syllogismus componitur, sunt ipsi termini, & propositiones. Nempe ex propositionibus *immediate*; ex terminis vero, utpote propositionum partibus, *remote* confit omnis Syllogismus.

Coroll. 3. Forma Syllogismi in apta terminorum, ac propositionum dispositione sita est. Hac enim si desit, quemadmodum ratiocinationem non exprimit sermo noster, ita nec *Syllogismus* nominari potest. Unde etiam syllogismus, in quo adest apta terminorum, ac propositionum dispositio, ita, ut in nullam legum inferius pertractandarum peccet, dicitur vi formæ rite concludere, ita nimirum, ut concessis præmissis consequentia negari nequeat; tamen si alterutra, vel etiam utraque ejus præmissa sit reapse falsa.

Schol. Medium terminum in Syllogismo facile deprehendes, si dispexeris, quisnam terminorum in utraque præmissa contineatur. Cum enim uterque extremus cum medio conferendus sit, unus in majore, in minore alter; patet nullum terminum posse bis poni in præmissis præter medium. Sic in allato superius syllogismo medius terminus est *virtus*: etenim tam majorem, quam etiam minorem syllogismi ingreditur.

III. Syllogismus dividitur *imo*. in simplicem, & compositum. *Simplex* est, cujus propositiones omnes simplices sunt (83). *Compositus* est, cujus vel una propositio composita est. Syllogismus num. 100 simplex est: compositi exempla suo loco dabimus.†

112. Syllogismus simplex alius dicitur de termino communi, alius expositivus. *De termino communi* ille est, cujus saltem una præmissa est propositio universalis, aut huic æquivalens. Talis est syllogismus n. 110. allatus. *Expositivus* vero, qui
me.

medium terminum habet singularem; e. g. *Cicero est princeps Oratorum, sed Cicero est Romanus; ergo aliquis Romanus est princeps Oratorum. Cicero est medius terminus* (110. Schol.).

113. Dividitur 2do. syllogismus in demonstrativum, probabilem, & sophisticum. *Demonstrativi* præmissa utraque est certa, & evidens: *probabilis* saltem unam præmissarum non nisi probabilem habet. *Sophisticus*, seu *deceptorius* peccat in veritatem, vel ob materiam suam, vel ob formam. Quodsi demonstrationem mentiatur, *paralogismus* nuncupatur.

§. II.

De Regulis Syllogismorum simplicium.

114. **R**egula generalis Syllogismorum simplicium est hæc: una præmissarum contineat conclusionem; altera palam faciat, in præmissa illa conclusionem contineri. Nempe, imprimis conclusio diserte exprimit concordiam illam, vel discordiam duorum extremorum, quæ in præmissis implicite enunciatur, ac proinde id ipsum affirmat, vel negat explicite, quod in alterutra præmissarum implicite affirmatum, vel negatum fuit; ergo una præmissarum continere debet conclusionem: quæ propterea continens audit. Deinde continens diserte non exprimit conclusionem; secus enim hæc distinctam ab illa enunciationem non constitueret: igitur altera præmissa, quæ applicans dicitur, indicare debet, conclusionem in continente includi. E. g. Sit probanda hæc propositio: *Temperantia est laude digna.* Fiat hic Syllogismus: *Omnis virtus est laude digna, sed temperantia est virtus, ergo temperantia est laude digna. Major est continens: qui enim ait, omnem virtu-*
tem

tem esse laude dignam, implicite affirmat, etiam temperantiam esse laude dignam. *Minor* manifestat conclusionem in continente includi, seu est *applicans*.

Coroll. Generalis hæc regula negativis etiam syllogismis æque applicari potest. e. g. In hoc syllogismo: *Nullus homo est arbor; sed Petrus est homo, ergo Petrus non est arbor, Major* complectitur conclusionem, seu est *continens*; qui enim ait nullum hominem esse arborem, implicite ait, neque Petrum esse arborem. Quod *minor* sit *applicans* manifestum est.

Schol. Sola hæc regula rite penetrata sufficeret, ut illegitimi syllogismi a legitimis discerni possint: quia tamen ad unam hanc syllogismos omnes exigere, Tironibus per quam arduum est; quinque alias syllogismorum simplicium regulas adnectemus.

Regulæ Syllogismorum simplicium.

II5. *Reg. Ima.* Syllogismus legitimus non nisi tres diversos terminos potest continere, nempe duos extremos, & medium. Nam imprimis in præmissis nihil aliud fit, quam quod jam unus, jam alter extremus cum medio termino comparetur; ergo in iis præter extremos, & medium alter terminus non habet locum. Deinde in conclusione eorundem extremorum affirmatur, vel negatur unus de altero, qui in præmissis cum medio sunt collati: ergo neque in conclusionem potest irrepere novus aliquis quartus terminus. e. g. In syllogismo num. 110. subjectum majoris *omnis virtus* est primus terminus; prædicatum *laudanda* est terminus alter: minoris subjectum *temperantia* est tertius. Prædicatum minoris *virtus* continetur in primo termino *omnis virtus*, ac proinde 4tum terminum non constituit: subjectum conclusionis est idem cum tertio, prædicatum vero ejusdem cum 2do termino.

Schol.

+ *omnis syllaba est, sed omnis casum rodit*
ergo syllaba casum rodit.

+ *Schol.* Tametsi spectatis vocibus tres solum appareant adesse termini; si tamen eorum quispiam bis in eodem syllogismo diverso sensu usurpetur, ille reapse duos efficiet: ac proinde quatuor aderunt termini, syllogismusque labefactabitur. e. g. *Omnis leo est rugiens, sed hæc constellation est leo: ergo hæc constellation est rugiens:* in majori *leo* significat certum animal, in minori certam siderum collectionem; quare duobus diversis terminis æquivalet.

Coroll. 1. Igitur erronei sunt syllogismi, qui aliquam *equivocationem* complectuntur, cujusmodi est syllogismus nunc allatus. Item: si oratio, termini vices agens, repetita diversos sensus habeat, e. g. alterum proprium, metaphoricum alterum; quod *amphibologia* dicitur. Sic si dicas: *qui ebrietati assuetum ad temperantiam adhortatur, æthiopem lavat, sed, qui æthiopem lavat, indiget sinigmatæ, ergo qui ebrietati assuetum ad temperantiam adhortatur, indiget sinigmatæ,* oratio *æthiopem lavat* primum in metaphorico, dein vero in proprio sensu sumitur: quare duos diversos terminos constituit.

Coroll. 2. Huc pertinet etiam mutatio suppositionis. Ut si dicas: *Homo est species, sed Petrus est homo, ergo Petrus est species;* in majori *homo* supponit *simpliciter*, in minori vero *personaliter*, atque adeo duos diversos terminos efficit. Notandum tamen est, posse in syllogismo terminum quempiam supponere jam distributive, jam disjunctive, quin propterea quartum inducat terminum, vimque syllogismi labefactet. e. g. *Legitimus est iste syllogismus: Omnis virtus est laudanda, sed temperantia est virtus, ergo temperantia est laudanda,* tametsi terminus *virtus* in majori distributivam, in minori disjunctivam habeat suppositionem. Cum enim terminus particularis in universali contineatur, in ma-

jori prædicatum *laudanda* etiam ei ipsi virtuti attribuitur, quæ virtus in minori affirmatur eadem esse cum temperantia.

116. *Reg. 2da.* Medius terminus conclusionem ne ingrediatur. Conclusio enim id debet exprimere, quod ex præmissis infertur, id est: affirmationem vel negationem unius extremi de altero: ergo extremorum unus debet agere subiectum conclusionis, alter prædicatum. * Eo ipso autem in legitimo syllogismo medius terminus nequit ingredi conclusionem. Quare male sic argumentareris: *Omnis homo est mortalis, sed omne mortale est animal, ergo omne mortale est homo.* Nam medius terminus *mortale* irrepfit in conclusionem. *ergo omnis homo est animal.*

117. *Reg. 3tia.* Medius terminus saltem in una præmissarum habeat suppositionem complete distributivam (70). Secus enim *continens* non aderit in syllogismo, ut periclitandi patebit, ac proinde is recte non concludet (114). Sic: *Omnes Apostoli erant numero duodecim, sed Petrus erat Apostolus, ergo Petrus erat numero duodecim,* continente caret; cum enim medius terminus in majori supponat *collective*, in minori *disjunctive*; ex neutrius præmissæ affirmatione sequitur, implicite affirmari, quod Petrus fuerit numero duodecim. Item, in hoc: *Omnis homo est animal, sed aliquod animal est leo, ergo aliquis homo est leo,* quoniam medius terminus in utraque præmissa supponit *disjunctive* (75. *Reg. 1. & 74. Reg. 2.*), hic reapse sensus subest: *omnis homo est aliquod animal, nempe rationale, sed aliquod animal est leo, ergo aliquis homo est leo.* Abest ergo *continens*, ac propterea etiam consequentia.

Schol. In legem hanc non peccat syllogismus expositivus (112): singularis enim propositio vim habet

habet universalis, cum in utraque subjectum secundum totam suam comprehensionem sumatur. Sic
torum.

118. *Reg. 4ta.* Neuter terminorum extremorum explicet se se latius in conclusione, quam in præmissis. Secus enim in conclusione novam ideam exhibebit, quæ in præmissis non fuit, ac proinde terminum quartum constituet contra *Reg. 1am*. Hinc mala est hæc e. g. argumentatio: *Omnis homo est animal, sed omnis homo est rationalis, ergo omne animal est rationale.* Cum enim majoris sensus sit iste: *Omnis homo est aliquod animal;* extremus terminus *animal* in conclusione latius porrigitur, quam in præmissis. Sic igitur inferendum: *ergo aliquod animal est rationale.*

119. *Reg. 5ta.* Si utraque præmissa affirmativa fuerit, conclusio quoque affirmativa erit: si autem alterutra præmissa fuerit negativa, conclusio quoque negativa sit, oportet: denique si utraque præmissa negativa fuerit, ex iis nulla sequitur conclusio legitima. Ratio *1mi* e n. 107, *2di* e n. 108, *3tii* denique e n. 109 patet.

§. III.

De Syllogismo composito.

120. *Syllogismus compositus* est, cujus vel utraque, vel alterutra præmissa est propositio composita (83). Dividitur in hypotheticum, copulativum, & disjunctivum.

121. *Syllogismus hypotheticus*, seu conditionalis est, cujus alterutra, vel utraque præmissa est hypothetica, seu constans conditione, & conditio-

Logica.

E

nato

nato (84): *copulativus* pro una præmissa habet enunciationem copulativam; *disjunctivus* autem disjunctivam.

Regulæ Syllogismi hypothetici.

122. *Reg. 1ma.* Si præmissa una sit hypothetica, & in altera pro ^{vera} sumatur ^{et} conditio; in conclusione conditionatum est affirmandum. Ratio enim conditionati ^{un} continetur in conditione, quemadmodum præmissa hypothetica clare enunciat: ergo ^{affirmata} posita ^{affirmata} conditio ^{affirmata} quoque ^{affirmata} poni ^{affirmata} necesse est. e. g. *Si avarus multa cupit, multorum eget, sed multa cupit, ergo multorum eget.*

123. [†] At negata in minori conditione non semper potest conditionatum quoque negari in conclusione. Fieri enim potest, ut prædicatum conditionati non sub unica duntaxat illa conditione conveniat subjecto, quam exprimit præmissa hypothetica, quæve negando tollitur in minore; adeoque fieri potest, ut conditionatum etiam sublata hac conditione adhuc subsistat. ^{ergo} Sic mala est hæc argumentatio: *Si ningeret, aer esset frigidus, sed non ningit, ergo aer non est frigidus.* Quia aeri non sub unica duntaxat conditione: *si ningat*, potest convenire prædicatum *frigidus*.

124. *Regula 2da.* [†] Si in ^{minore} una præmissarum tollatur conditionatum, tolletur in conclusione conditio. Stante enim conditione, conditionatum quoque stare necesse est ^{per se regulam} *(Præc. 2.)* ergo si ponamus non stare conditionatum, neque conditio stare potest. e. g. *Si ningeret, aer esset frigidus, sed aer non est frigidus, ergo non ningit.*

125. At affirmato in una præmissarum conditionato, non semper potest in conclusione pro vera statui conditio. Fieri enim potest, ut stet ^{ditio} conditio ^{ditio} subsistat.

ditionatum, tamen si non stet ea determinata conditio, quam exprimit præmissa hypothetica; uti jam num. 123 dictum est. Sic errares hoc modo argumentando: *Si ningeret, aer esset frigidus, sed aer est frigidus, ergo ningerit.*

126. *Regula 3^{ia}.* Si conditionatum præmissæ majoris hypotheticæ in minori pariter hypothetica sumatur pro conditione; licebit in conclusione ponere conditionatum minoris sub conditione majoris. e. g. *Si quis multa cupit, multorum eget; sed si multorum eget, miser est; ergo si quis multa cupit, miser est.* Ratio regulæ hujus est: nam posita conditione majoris ponitur ejusdem conditionatum; sed posito conditionato majoris ponitur etiam minoris conditionatum; ergo posita conditione majoris ponitur conditionatum minoris. *Min.* patet; nam conditionatum majoris est ipsissima conditio minoris, ut regula ponit.

127. In hujusmodi syllogismis cavendum est, ne in una præmissa pro conditione assumatur oppositum alterius præmissæ conditionato. Hinc sophismate uteretur, qui sic e. g. vellet joculari. *Si Antichristus sancte vixerit, existet; nemo negare potest. Sed si existet, scelerate vivet; constat ex revelatione Divina. Ergo si Antichristus sancte vixerit, scelerate vivet.* Illatio etiam videtur legitima; nam conditionatum majoris est conditio in minori, & in conclusione affirmatur conditionatum minoris sub conditione majoris. At fallacia in eo sita est, quod majoris conditio sit opposita conditionato minoris. Nempe robur omne hujusmodi syllogismorum in hoc consistit, quod posita majoris conditione ponatur ejusdem conditionatum, illud trahat post se conditionatum minoris, ac tum demum fiat illatio: ergo tunc solum illatio vera est, si verum sit, posita con-

ditione majoris, ponendum esse conditionatum tam majoris, quam etiam minoris: quod utrumque simul fieri prorsus non potest tunc, tum conditio præmissæ unius opponitur alterius conditionato; igitur neque illatio erit legitima.

Regulæ Syllogismi copulativi.

128. *Reg. 1ma.* Si membra copulata simul vera esse non possint; una præmissarum ea complectatur, altera unum eorundem affirmet, reliqua in conclusione negentur. e. g. *Nemo potest stare & sedere; sed Petrus stat, ergo non sedet.* + *tambula*

2da. Si membra copulata non possint simul esse falsa; negato uno in minore, affirmetur alterum in conclusione. e. g. *Non potest fieri, ut hæc propositio: Logicus disputat, nec sit vera, nec falsa; sed falsa non est, ergo est vera.*

Regula Syllogismi disjunctivi.

129. Membra disjuncta sic completa sint, ut simul consistere, aut simul falsa esse non possint. Id si fiat; ^{affirmato}posito uno membro in minori, tollitur alterum in consequenti: & ^{negato}sublato uno, ponitur alterum. e. g. *Quilibet vel solum Deo, vel solum Mammonæ servit; sed Cajus servit Deo; ergo non servit Mammonæ, vel: sed Cajus non servit Mammonæ, ergo Deo servit.* *Petrus est Romanus & Parisius est falsa, a micom platu*

§. IV.

De Enthymemate, Epicheremate, Dilemmate, Sorite, & Inductione.

130. *Enthymema* est syllogismus truncatus, cujus videlicet præmissa alterutra reticetur. e. g. *Petrus est homo, ergo est animal.* Reticetur hæc præmissa: *omnis homo est animal.*

131. *Epicherema* est syllogismus, cujus uni aut utrique præmissæ sua ratio subjungitur.

132. *Dilemma* est ea species argumentandi, cujus antecedens duo membra disjuncta ita continet, ut e singulis aliquid contra Adversarium concludatur. Solet etiam *cornutus syllogismus* appellari. Elegans est illud S. Augustini: *Vel fides catholica est propagata cum miraculis, vel sine miraculis: si primum? ergo vera est fides catholica, utpote miraculis confirmata: si secundum? ergo hoc ipsum fuit maximum miraculum.*

✦ *Coroll.* Infirmum est dilemma 1mo. Si membra disjuncta simul falsa esse possint: tunc enim elidetur negando antecedens. 2do. Si e membro aliquo id concludatur, quod inde necessario non fuit. 3tio. Si facile in arguentem ipsum retorqueri possit.

133. *Sorites* est illa argumentatio, in qua plures propositiones conglobantur ea lege, ut prædicatum proxime præcedentis fiat continuo subjectum subsequæ; dum denique subjectum primæ conjungatur in conclusione cum prædicato ultimæ. e. g.

Qui avarus est, multa cupit:

Qui multa cupit, inquietus est:

Qui inquietus est, miser est:

Ergo qui avarus est, miser est.

Coroll. Si ergo in soriten vel ambigua, vel falsa propositio irrepit, ea exigui, aut nullius roboris est.

134. *Inductio* est argumentatio, qua probatur aliquid convenire ^{in genere} poti logico, quia convenit ejusdem inferioribus (50). e. g. *Aurum, argentum, æs, ferrum &c. igne liquefcit; igitur omne metallum igne liquefcit.* Si in antecedente omnia inferiora enumerentur, inductio *perfecta* est; secus vero manet *imperfecta*.

Schol. Usus inductionis apud Physicos in detegendis generalibus naturæ legibus, proprietatibus-

que corporum magnus omnino est. Ejus ope extensionem, mobilitatem, impenetrabilitatem &c. pro generalibus corporum proprietatibus statuerunt etiam Veteres, hoc e. g. modo ratiocinando: *Et corpus A, Et B, Et C &c. deprehenditur esse impenetrabile, ergo omnia corpora sunt impenetrabilia.* Ac inductio quidem *perfecta* vim demonstrationis habet: at ea in naturæ legibus stabiliendis locum habere nequit; quis enim omnes in natura casus singulares enumerabit in *antecedente* inductionis illius, qua proprietas aliqua pro communi corporum omnium proprietate statuenda esset? Habet tamen locum laxior quaedam inductio, quæ, tametsi absolutæ demonstrationis vim non obtineat, si tamen ad Leges mox adferendas exacta sit, maximi omnino roboris est.

Leges Inductionis.

135. *Lex Ima.* Si existentia generalis cujusdam in natura legis, ope inductionis laxioris stabilienda sit; necesse est 1) ut ea lex obtinere omnino deprehendatur in omnibus iis casibus, qui ita ad trutinam revocari possunt, ut deprehendi debeat, utrum illa in iis observetur, an non. 2) Necesse est, ut ejusmodi casus non exiguo numero sint. 3) Tametsi lex illa quibusdam in casibus obtutu primo infringi videatur, non oberit, modo re accuratius perspecta iidem casus cum dicta lege conciliari possint. „ Sic
 „ quia videmus corpora tam multa, quæ habemus
 „ præ manibus, aliis corporibus resistere, ne in eorum locum adveniant, & loco cedere, si resistendo sint imparia, potius quam eodem perflare simul; impenetrabilitatem corporum admittimus: nec obest, quod quaedam corpora videamus intra alia licet durissima insinuari, ut oleum in marmora, lumen in crystalla, & gemmas. Vi-
 „ demus

„ demus enim hoc phænomenum facile conciliari
 „ cum ipsa impenetrabilitate, dicendo per vacuos
 „ corporum poros ea corpora permeare. „ *Boscovichius*
Dissert. de Lege continuit. n. 134.

136. *Lex 2da.* Si quæpiam proprietates, quæ vi inductionis, ad præcedentem legem exactæ, pro communi omnium corporum sensu perceptibilium proprietate stabilita jam est, deprehendatur esse proprietates *absoluta*, seu talis, quæ neque a certa corporum cum sensibus nostris proportione, neque a multitudine partium corpora constituentium pendeat; eadem etiam ad minimas quasque particulas insensibiles, ad ipsa adeo corporum elementa ope ejusdem inductionis extendenda est, nisi ratio *positiva* obstet. Quod enim corpus unum sensus nostros effugiat, non item alterum, id non *diversæ* eorundem *naturæ*, sed hebetibus sensibus nostris adscribi debet. Addendum tamen est: *nisi ratio positiva obstet.* Cum enim in ejusmodi inductione complura singularia in *trutinam* nec revocentur, nec revocari possint; „ *fieri* potest, inquit idem *Boscovichius loc. cit.* ut „ committatur error. Sed contra ipsum errorem „ habebitur præsumptio, ut etiam in jure appellant, donec *positiva* ratione evincatur oppositum. „

137. *Lex 3tia.* Proprietates *relativæ*, seu quæ vel a proportione cum nostris sensibus, vel a partium corpus constituentium multitudine pendent, a massis sensibilibus ad insensibiles non semper extendi possunt. Nimirum tunc non, quum ratio illa, ob quam ex sensibilibus massis conveniunt, in insensibilibus locum non habet. e. g. Corpora ex partibus conflata *extensa* sunt, at non ipsa etiam eorundem elementa prima, quæ partibus carent.

CAPUT TERTIUM.

De Argumentatione Demonstrativa, Probabili,
& Sophistica.

§. I.

De Argumentatione Demonstrativa, & Probabili.

138. *Demonstratio* est evidens deductio propositionis ex aliis evidenter notis; quæ idcirco *demonstrationis principia* nuncupantur. Alia est simplex, alia composita. *Simplex* constat unico ratiocinio; *composita* pluribus inter se connexis. Utraque veritatem menti quasi intuendam sistit, *demonstratque*; id est, quasi digito ^{in senso} *monstrat*.

139. Qui propositionem aliquam ex stabili sensuum experientia legitime deducit, eam demonstrat *a posteriori*: qui vero ex aliis jam notis principiis eandem eruit, *a priori* demonstrare dicitur. e. g. Deum existere, demonstramus e rerum aspectabilium existentia, ac proinde *a posteriori*: at demonstrationes theorematum mathematicorum ducuntur *a priori*, cum innitantur definitionibus, axiomatis &c.

140. Dividitur præterea demonstratio in directam, & indirectam. *Directa* est, si e notione subiecti, aut propositionibus jam notis inferatur subiectum prædicato convenire, vel non convenire. *Indirecta*, seu *apogogica*, vel *deductip ad absurdum* est, si propositio demonstrandæ propositioni contradictoria pro vera sumatur, & inde absurda quædam conclusio eruatur. Cum enim contradictoriæ propositiones neque simul veræ, neque simul falsæ esse possint (100), ea propositio vera sit, oportet, cu-
jus

jus contradictoria absque absurdo pro vera sumi non potest.

Schol. Tametsi demonstratio varias admittat argumentationum species; cum primis tamen syllogismos habet familiares.

Leges Demonstrationis.

141. *Lex 1ma.* Demonstratio non est legitima, ^{seu bona} nisi non tantum vitio *formæ*, sed etiam vitio *materiæ* careat. Porro vitio *formæ* tunc laborat argumentatio, quum peccat in aliquam e legibus argumentationum, potissimum syllogismorum, ac proinde quum caret *consequentia*, seu connexionione consequentis cum antecedente (110. cor. 3.). Vitium autem *materiæ* adest, si principia demonstrationis non sint extra omnem controversiam posita: quod evenit, si propositioni dubiæ, æque obscuræ, ac ipsa conclusio sit, vel precariæ, aut plane falsæ locus inter principia detur. *seu in præmissis*

Schol. Quodsi tamen adversarius convincendus sit; poterunt assumi etiam principia falsa, quæ tamen ille pro veris habet: modo causa ex parte nostra vera sit, ac justa. Quæ argumentandi ratio vocatur argumentatio *ad hominem*. e. g. Licet Mahometanum de veritate religionis Christianæ ex Alcorano convincere. Dixi: *modo causa ex parte nostra vera sit, ac justa.* Secus enim Adversarium nonnisi ex uno errore in alium non sine fraudulentæ calliditatis nota traduceremus.

142. *Lex 2da.* Si directæ demonstratio in promptu esse possit, indirectæ utendum non est. Ut ut enim hujusmodi demonstratio invictè conficiat veritatem propositionis demonstrandæ (140), non ostendit tamen, cur propositio vera sit, sed solum eam falsam esse non posse evincit; ac proinde non

tam

tam docet intellectum, quam cogit. ^{ad expeririendum} Dictum est: *Si directa demonstratio in promptu esse possit.* Sæpe enim evenit, ut nulla suppetat directa demonstratio. e. g. Duas propositiones contradictorias non posse simul esse veras, vel simul falsas, est veritas excullo intellectui *per se nota*; ac proinde haud potest ex aliis veritatibus magis notis *directe* deduci, ac demonstrari. Cum, ergo ea nihilominus veritas Tironibus expendendæ id genus veritati nondum assuetis demonstrari soleat; in ea demonstranda indirectam methodum usurpemus, oportet (100).

143. *Lex 3tia.* Quæ per se se manifesta sunt, eorum demonstratione abstinendum est, nisi aut pertinax Adversarius indirecta demonstratione sit vincendus, aut Tirones rite expendendis propositionum, quæ ceteroquin excullo intellectui per se notæ sint, terminis nondum satis assueti juvari debeant. ^{Qui} Qui enim perspicuam veritatem *directe* demonstrare tentat, eam obscurat potius, quam illustrat: sed indirecta quoque demonstratio extra casus memoratos fere otiosa est.

144. Argumentatio *probabilis* illa est, cujus utraque, vel alterutra præmissa est solum probabilis. Hujusmodi argumentatio non parit scientiam perfectam, vel certitudinem, sed eam duntaxat cognitionem, quacum formido prudens de opposito stare possit.

De Sclerato. De Luna:

§. II.

De Fallaciis argumentationum, sive Sophismatis.

145. *Sophistæ* nomen initio honorificum erat; *Sophistes* enim seu *sapiens*, a *sapientia*, quam profitebatur, fuit denominatus (1): at *sophorum* vitio, qui passim hominibus argutis ratiociniis illudebant, factum est, ut despectui esset, *sophismatumque* no-

*Sophisma est argumentatio fallax,
et captiosa.* ^{mine}

mine illæ argumentationes venirent, quæ ad speciem tantum legitimæ, reapse autem fallaces, ac deceptorie essent. De his agit Logica non aliter, ac de venenis Medicina: ut nimirum ejusmodi fallaciæ a Logico solvi, aut declinari possint. Quia vero complures earum, intellectis syllogismorum regulis, obtutu primo se se manifestant, nonnisi aliquas strictim attingemus.

Nonnullæ Sophistarum Fallacia.

146. I. *De dione. de obliquum nomine. capitulum*
Ejusdem
 Equivocatio; amphibologia; mutatio
 suppositionis &c. quæ omnia quatuor terminos in
 syllogismum inducunt. Recole n. 115. ejusque co-
 rollaria. *omni loco reguntur &c.*

147. II. Fallacia compositionis. Fit, cum voces conjunguntur in conclusione, quas disjungi oporteret. e. g. *Qui nulla necessitate retrahitur a deambulando, potest deambulare, sed ego, tametsi stem, nulla necessitate retrahor a deambulando, ergo ego, tametsi stem, possum deambulare.* Si nempe sensus conclusionis sit, quod possim simul stare, & deambulare. Hoc in Syllogismo terminus *potest deambulare* in majori sumitur, ut dici solet, *pro sensu diviso standi*, in conclusione vero *pro sensu composito*; quapropter duos diversos terminos constituit; ac proinde contra reg. I. (115) syllogismus quatuor terminos complectitur.

148. III. Fallacia Divisionis. Est opposita priori, fitque, dum voces separantur in conclusione, quæ conjungi deberent. e. g. *Fieri nequit, ut quis sedens ambulet, sed ego sedeo, ergo fieri nequit, ut ego ambulem.* Inferri deberet: *ergo fieri nequit, ut ego sedens ambulem*; secus terminus *ambulo* in conclusione latius patebit, quam in præmissis contra reg. 4tam (118).

149. IV. *Fallacia accidentis*. Cum nempe infertur prædicatum convenire, vel repugnare rei absolute, quod ei tantum per accidens, & fortuito convenit, aut repugnat. e. g. *Hoc sub pallio latentem non nosti; sed hoc sub pallio latet Frater tuus; ergo Fratrem tuum non nosti*. Violatur lex 4ta (118). Nam *major* idem significat, ac: *Illum, qui hoc sub pallio latet, ut hic latentem non nosti*; conclusio vero idem sonat, ac *Fratrem tuum nullatenus nosti*: ac proinde terminus *non nosti* latius patet in conclusione, ac in præmissis.

150. V. *Petitio principii*, quæ tunc committitur, quum principii, seu argumenti loco tacite assumitur id ipsum, quod in quæstione est, seu quando jam in præmissa alterutra supponitur id, quod in consequente primum deberet inferri, stabiliri que. Isthoc vitium objicit Galilæus Aristoteli hoc modo argumentanti: *Natura gravium est tendere ad centrum Universi; atqui experientia testatur gravia tendere ad terram; ergo terra est centrum Universi*. Nam *Major* supponit id ipsum, quod maxime controversum est, nempe an gravia tendant ad centrum Universi eo ipso, quod ad terræ centrum tendant. Aliter sentiendum esset, si *Major* non experientiæ illi, qua novimus gravia omnia terrestria versus terræ centrum tendere, sed aliis principiis inniteretur.

Huc revocatur *circulus vitiosus*, qui tunc committitur, quando *idem per idem* probatur; seu quando veritas propositionis A infertur ex veritate propositionis B, & vicissim veritas propositionis B ex veritate propositionis A. Ut si quis inferret *Deum esse ens necessarium*, quia est *æternus*, & vicissim inferret *Deum esse æternum*, quia est *ens necessarium*.

151. Sophismata triplici potissimum ratione solvi possunt. 1) Fallacem ejus præmissam distinguendo. 2) Admissis præmissis negando consequentiam, vitiumque syllogismi exponendo. ^{aliquis tamen e pud. in.} 3) Artem arte eludendo; hoc est, sophisma simili sophismate retundendo. *Sub hoc pallio &c.*

DISSERTATIO QUARTA.

DE

METHODO SCIENTIARUM.

CAPUT PRIMUM.

De Methodo Analytica, & Synthetica.

152. *M*ethodus generatim est ordinata ratio inquirendæ veritatis, quæ adhuc latet, & explicandæ, cumque aliis communicandæ, cum jam inventa est. Dividitur in analyticam, & syntheticam.

153. *A*nalytica, seu *resolutionis* est ratio disponendi cogitationes nostras ad veritatem, quæ adhuc latet, detegendam. Unde etiam methodus *inventionis* vocari solet. Dicitur analytica ab *analyssi*, seu resolutione: etenim occultam veritatem detegere volenti, omne totum suas in partes dividendum est, omne compositum in sua principia resolvendum, ac veluti dissuendum &c. Sic *analyssi* utuntur Physici, dum ex suis experimentis, observationibusque identidem examinatis, ac diligenter discussis proximis, singularesque eorundem causas primum erunt, ac harum agendi rationes notant; tum a causis singularibus, earundemque agendi rationibus ad
la-

latius patentēs sensim progrediuntur, dum demum ope inductionis maxime generales rerum causas, naturæque leges, quas illæ constanter in agendo sequantur, constituent. e. g. Expendentes hoc constans experimentum, quod globus tormento excusus semper lineam curvam describat, facile agnoverunt, nativam globi gravitatem esse in causa, quod is globus loco directionis rectilineæ, quam a nitro pulvere, tormentique constitutione acquirit, per semitam curvilineam progrediatur: at quia ille vis solius gravitatis suæ directe versus terræ centrum ferri deberet, pronum erat concludere, ideo ab ejusmodi globo describi lineam curvam, quod is & ei motui, quem a nitro pulvere acquirit, & ei etiam, quem nativa ipsius gravitas poscit, quatenus fieri potest, obsequi conetur. Pariter in aliis quibusque casibus, in quibus experimento locus erat, similem pluribus motibus obsequendi conatum cumprehendissent, ope inductionis concluderunt, conatum pluribus motibus, quatenus fieri posset, obsequendi, esse communem omnium massarum sensibilibus proprietatem. Quia vero viderant, proprietatem hanc inter proprietates absolutas, non relativas esse referendam; eandem ope inductionis ad quaslibet insensibiles quoque particulas, ad ipsa adeo corporum elementa jure extenderunt (136): atque ita e singularibus experimentis, observationibusque, *analysim* usurpando, demum ad generale hoc principium devenerunt: *conatus pluribus motibus simul impressis, quatenus fieri potest, obsequendi omnibus omnino corporibus, eorumque particulis convenit.*

154. *Synthetica*, seu *compositionis* est ratio disponendi cogitationes nostras ad veritatem, quæ jam inventa est, explicandam, cumque aliis communicandam. Eapropter etiam methodus *doctrinæ* nuncupa-

cupatur. Syntheticae nomen obtinet a *Synthesi*, seu compositione: nam in quavis doctrina aliis tradenda quasi *componendo* (20) incedendum est, videlicet a simplicioribus, universalibus, facilioribusque ad composita, particularia, & difficiliora pedetentim delabendo. Sic *synthesim* usurpant Physici, dum ex generali hoc principio: *conatus pluribus motibus simul impressis, quatenus fieri potest, obsequendi omnibus omnino corporibus convenit*, jam prius *analytice* stabilito, pedetentim deducunt rationem, cur e. g. is, qui Danubium navicula *directe* trajicere conatur, id assequi nequeat, sed fluvium reapse *oblique* per quamdam diagonalem trajicere cogatur.

155. Quaecunque autem methodus usurpanda sit, *imo*: in ipso limine clavis terminis proponatur materia, circa quam versari placet. Tum singula vocabula, quibus utendum erit, si quid obscuritatis praesferant, perspicue definiantur. Denique certa ab incertis secernantur, resercenturque illa, quae ad praesentem quaestionem minus pertinent.

2do. Si proposita quaestio in plures veluti ramos diffusa sit; membrorum accurata divisio fiat, eaque non simul, sed singillatim tractentur. Cum enim humana mens admodum imbecilla sit; facile obruitur, si multa simul contemplanda sumat.

3tio. A nulla veritate, priusquam rite stabilita sit, ad aliam fiat progressio. Cum enim praecedente veritate nitatur subsequens; si illa solidis rationibus non firmetur, haec quoque nutabit.

4to. Vitanda est nimia verborum copia, & in rebus enucleandis prolixitas; quae, dum claritas quaeritur, obscuritatem parit. Videndum tamen simul, ne ex nimia brevitate idem sequatur incommodum, juxta illud Horatii in art. poet. *Brevis esse laboro; obscurus fio.*

510. Quemadmodum non est arripienda quaestio, cujus enodandæ spes non affulgeat; ita si per ipsum tractationis decursum innotescat, eam humani ingenii vires exuperare, id ipsum candidè fateri ingenui Philosophi est.

CAPUT SECUNDUM.

De methodo Studendi, & Disputandi.

§. I.

Quæ methodus in Studendo servanda?

156. Qui libros cum fructu volvere cupit, cum primis delectum eorum sibi cordi sumat, est necesse. Non multi, sed præstantes legendi sunt. Videndum vero præcipue, ne ejusmodi sint, qui pestiferum quodpiam virus contineant, depravandis moribus accommodatum. Porro triplex est librorum classis: historicorum, dogmaticorum, & mixtorum. *Historici* rerum eventus; *dogmatici* generales quasdam veritates, seu *dogmata*; *mixti* denique tam eventus rerum, quam etiam dogmata quæpiam continent. E quibus posteaquam aliquem pervolvendum delegisti, hæc potissimum observanda erunt.

157. *Ante lectionem.* 1) Animus sit tranquillus, & liber a curis aliis. 2) Mens ad utramlibet partem, pro qua veritas steterit, indifferens omnino sit; ne, si cuidam sententiæ mordicus adherere fixum habueris, authoris sensa prius reprobés, quam ejus momenta sedulo expendas.

In lectione. 1) Status quaestionis rite perspiciatur. 2) Eadem notiones conjungantur cum verbis
 quas

quas author iis tribuit; secus libri sensum non assequeris. 3) Prioribus rite non intellectis ad posteriora progrediendum non est; cum hæc ab illis pendere soleant, ac proinde iis obiter tractatis intelligi vix possint. 4) Lectio vaga, perfunctoria, præceps esse non debet; sed opera danda est, ut singulorum verborum vis, propositionum sensus, argumentorum firmitas, nexus ratiociniorum, ac totius doctrinæ series omnino perspiciatur.

Post lectionem. 1) Quæ lecta sunt, mox finita lectione animo recolenda erunt, & quasi in pugnum contrahenda; quo memoriæ altius imprimantur. Iuvabit etiam breviter in chartam conjicere ea, quæ scitu digniora videbuntur. 2) Præcipua eorum capita oportuno tempore expendantur, ruminenturque. Etenim qui multum legit, & parum meditat, ei solet comparari, qui multum comedit, sed male concoquit. 3) Sicubi mentem Authoris assequi non licuit, aut si etiam intellecta illa, mens adhuc quibusdam dubiis pulsatur, libri alii, aut viri docti, qui difficultatem solvere possint, consulendi erunt.

Leges de conformandis claris, & distinctis ideis.

158. Cum fructu studere cupienti præ oculis habendæ sunt etiam leges, pro conformandis claris, ac distinctis ideis generatim statui solitæ. 1) Multa simul objecta contemplanda non sunt, sed divisim. Nam ut dici solet, pluribus intentus minor est ad singula sensus. 2) Eo ordine sunt res contemplandæ, quo illæ ex se invicem veluti manant, ac nascuntur. Tunc enim præcedentium intellectio lumen affundet iis, quæ sequuntur. 3) Objectum, quod contemplandum sumimus, suas in notas res solvatur; tum in quavis nota novæ ulterius notas

investigentur, usque dum ad eas denique perveniatur, quæ cuivis claræ sint. Hoc obtento consistere expedit: sæpe enim nimia notarum resolutio rem involvit magis, quam explicet. 4) Si necesse sit, adjuvetur attentio symbolis algebraicis, aut geometricis. 5) Denique cavendum, ne quis nimium auctus, ac perspicax sibi videatur. Nam immoderata ingenii fiducia attentioni, diligentiaque debita perquam inimica est; cum ii, quos isthoc vitium corripuit, facile sibi persuadeant, illa etiam apprimè se intelligere. in quibus misere cæcutiunt.

§. II.

De Methodo disputandi.

De Methodo disputandi.

159. *Disputatio* est concertatio literaria duorum, quorum alter sententiam aliquam defendit, alter oppugnat. Porro hoc modo instituitur concertatio literaria: Defendens argumentum ab oppugnante positum repetit integrum, seu, ut dici amat, *resumit*: deinde ad singulas ejusdem partes respondet; falsas negat, veras concedit, ambiguas distinguit; eas, ex quibus contra se nihil posse inferri videt, si censeat earundem veritatem non esse positam extra omnem controversiam, *transmittit*; hoc est, quasi *hic & nunc concedit*, ut iis Adversarius in oppugnando, si possit, utatur libere. Solet autem ejusmodi *transmissionis* ratio breviter reddi. Nonnunquam Defendens argumentum *retorquet*, id est, ex principio ab oppugnante posito aliud argumentum conformat contra Oppugnantem. Aliquando respondet per *instantiam*; id est, ex principio ab Oppugnan- te posito simile conficit argumentum, quod sit falsum; ut sic ostendat Oppugnantis quoque argumentum esse falsum. Postquam tamen Defendens *retorsit*, aut
per

per *instantiam* respondit, tenetur adhuc *directe*, & ut dici amat, *in forma* respondere. Generalis autem pro Oppugnante lex est, ut is semper in argumentationis suæ conclusione habeat eam propositionem, quæ a defendente proxime negata est.

160. Præterea hæc cumprimis observanda sunt disputantibus. 1mo. Disputetur animo veritatis. Hinc paratus uterque sit ad deserendam sententiam suam, si eam falsitatis convinci videat. 2do. Ipso concertationis initio status controversiæ, & verborum, quibus ea proponitur, vis probe intelligatur. „ Nisi enim, inquit Cic. *de Orat. C. 33.* inter eos, „ qui disceptent, convenit, quid sit illud, de quo „ ambigitur, nec recte disseri, nec unquam ad exitum perveniri potest. „ 3tio. Cavendum, ne in *Logomachiam* abeat disputatio, id est, ne inanes de nomine lites moveantur (46. cor.).

4to. Ut concertatio literaria cum fructu institui possit; debent concertantes convenire in generalibus quibusdam fontibus, & principiis, a quibus præsentis controversiæ decisio dependet. Si enim ejusmodi fontes, aut principia, ex quibus eruenda est propositionis controversiæ veritas, Adversarius vel non pervideat, vel plane pro falsis habeat; inutilem fore concertationem in aperto est. e. g. Frustra tentares convincere ex sacris codicibus ejusmodi hominem impium, qui *fontem* hunc pro vero non agnoscit. Hinc si quis omnia principia, ex quibus controversiæ propositionis veritas fluit, præfracte neget; cum eo concertatio instituenda non est: nisi forte saltem ex principiis reapse falsis, quæ tamen ille pro veris habet, ea argumentandi ratione, quæ *ad hominem* nominari solet, aut indirecta demonstratione (140) convincendus videatur. 5to. Ne Adversarius vim argumentorum frivola sermocinatio-

natione possit eludere, plurimum conferet ea syllogismis complecti. Qui tamen perbreves sint, ac dilucidi; ne prolixitate, obscuritateque sua novum ei negotium facebant, qui illos ante responsionem assumere, & ex memoria recitare debet. Porro si in respondendo distinctio quæpiam adhibeatur, in jejunis quibusdam distinguendi formulis consistendum non erit, sed earum vis, & sensus uberius tantisper enucleandus.

6to. Defendens objecta, Oppugnans vero responsa, patienter auscultando, plene audiat, neque unus in alterius verba inolet; secus disputatio facile in inanem altercationem abibit: cum vix fieri possit, ut alter alterum rite intelligat. 7mo. Ab inconditis clamoribus, & nimia vociferatione abstinendum est; non enim laterum, sed mentis contentione veritas in lucem protrahi solet. Cumprimis vero verba aspera, & mordacia omni studio videntur: nihil enim magis Philosophum dedecet, quam rationum loco aculeis pugnare.

CAPUT TERTIUM.

De Criteriis veritatis.

§. I.

De Perspicuitate.

161. Qui olim negabant ullam homines, consequerentur, quod existimarent, nullum adesse criterium, & notam, qua verum a falso, certum ab incerto citra periculum errandi discernamus. At sanioris mentis Philosophi plura veritatis citra errandi periculum

culum discernendæ criteria enumerant; quæ omnia ad quatuor hæc reduci posse existimamus: videlicet ad Perspicuitatem, Sensum naturæ communem, Sensus externos, & Auctoritatem. *Sensus interiorum*

162. *Perspicuitatis* nomine intelligimus lumen illud mentis, quo rei veritatem, quin ulla omnino ratione falli possimus, clarissime intuemur. Oritur vel 1) ex *intimo sensu*, seu *conscientia*, qua nimirum advertimus nos cogitare, velle, tristari &c. vel ^{nd. xai} 2) ex sola terminorum recta apprehensione, & inter se comparatione (79), vel denique 3) ex legitimo ratiocinio, quo veritas aliqua demonstratur. Perspicuitas, quæ ex alterutro duorum priorum fontium emanat, *immediata*; quæ vero ratiocinando acquiritur, *mediata* dici consuevit.

163. Interdum fit, ut reapse fallamur, dum veritatem quampiam perspicuam esse existimamus: ^{ergo} igitur characteribus quibusdam opus est, qui germanam perspicuitatem ab apparente discriminent. Hi autem potissimum adferri solent: *1mo*. Si quid menti tranquillæ, attentæ, & illud identidem serio ad incudem revocanti constanter perspicuum sit. ^{ergo} *Fu-* catus enim apparentis evidentiae splendor examen tranquilla, attentaque mente sapius repetitum haud sustinet, sed mutatur, minuitur, ac etiam saepe penitus evanescit. *2do*. Si animum sic rapiat, ut tamen velimus, ab assentiendo nosmet cohibere non possimus. ^{ergo} Apparens enim evidentia in exhibenda idearum convenientia eam præferret obscuritatem, ut menti rem accurate expendenti nunquam omni ex parte satisfaciat. ^{ergo} Porro ut ut veræ perspicuitatis indicium fit, animum attentum sic rapi ad assentiendum, ut se se cohibere non possit; non tamen licet ex adverso inferre, omnes eas demonstrationes esse falsas, quæ nobis non illico satisfaciunt penitus: istud

enim evenire potest, ac solet eo etiam ex capite, quod vim ejusm. demonstrationum vel ob attentionis defectum, vel ob ignorationem eorum, quæ in iisdem supponuntur, vitio nostro non assequamur.

3tio. Si omnibus doctioribus, eaque in disciplina, ad quam pertinet propositio, de cujus evidentiâ agit, versatis, modo attentum præbeant animum, constanter propositio illa evidens appareat. ^{magis habet} ^{dati} Vera enim evidentiâ rite expensa quemlibet sanum, assequendæque veritatis capacem intellectum occulta quadam vi in assensum inclinare debet: ex adverso fucata evidentiâ non cuilibet intellectui æque imponere potest; unde fit, ut nonnullæ quorundam apparentes demonstrationes ab aliis in eadem disciplina versatis progressu temporis in numerum paralogismorum referendæ deprehendantur. 4to. Si ex ea propositione, quæ nobis apparet evidens, nihil possit exculpi legitimo ratiocinio, quod rectæ rationi adversetur. Nam ex vero falsum legitima ratiocinatione erui nequaquam potest. Sit enim, si fieri potest, principium A verum, ex quo legitime deducatur falsum consequens B. Quoniam B ponitur legitime sequi ex principio A; posita veritate principii A debet esse verum B. At ponitur præterea B esse falsum stante veritate principii A; ergo B est simul verum & falsum, quod absurdum est. *Ergo*

Schol. Perspicuitatem, quæ omnibus his quatuor legibus satisfaciât, deinceps vocabimus perspicuitatem *omnibus characteribus instructam*. De qua sit sequens.

164. PROPOSITIO. Perspicuitas omnibus characteribus instructa intellectum de rei veritate citra omne omnino errandi periculum, certum reddit, ac proinde pro veritatis criterio prorsus infallibili habenda est. *Prob.* Nemo tam demens est, ut serio dubitare

bitare possit, se cogitare, existere, vivere. Unde sic ratiocinari licet: imprimis quod citra omne omnino errandi periculum certus sum, me cogitare, non ex alio capite profluit, quam quod id mihi perspicuum fiat per sensum intimum, seu conscientiam: *mihi.* deinde quod æque certus sum me existere, & vivere, inde est, quod intuitu simplici perspicue videam fieri non posse, ut non existam, ac vivam, qui cogito. Ergo de veritate horum iudiciorum: *cogito, existo, vivo*, citra omne omnino errandi periculum perspicuitas *immediata* (162) me certum reddit. Jam vero quod assignari discrimen poterit, cur non æque certi reddamur de aliis quoque veritatibus, quæ æque clare proponuntur nobis sensu intimo, aut recta terminorum apprehensione, ac proponantur veritates nunc allatæ? Certe quod e. g. hoc, aut illud *hoc sensu intimo* volensque amplectar, quod duo & tria sint quinque &c. menti attentæ non minori energia persuadet perspicuitas *immediata*, ac persuadeat veritatem horum iudiciorum: *cogito, existo, vivo*. Igitur perspicuitas *immediata*, si omnibus characteribus instructa sit, pro veritatis criterio prorsus infallibili habeatur, oportet.

Porro quod ad perspicuitatem *mediatam* attinet: si perspicuitas suis instructa characteribus utriusque præmissæ veritatem singulatim mihi proponat, non minus certus sum de earum veritate, ac certus sum de veritate horum iudiciorum: *cogito, existo, vivo*; ergo si præterea non minus perspicue videam connectionem consequentis cum præmissis, utique de consequentis quoque veritate citra omne errandi periculum certus reddor. Itaque *mediata* quoque perspicuitas suis vestita characteribus pro infallibili veritatis criterio habenda est. *in intellectu*

Confirmatur. Ex usu constante patet, actiones hominum, leges artium &c. quæ perspicuitate suis characteribus vestita reguntur, constanter rite, & absque omni errore procedere, quin unquam deprehensa sit falsitas latuisse sub ejusmodi perspicuitate; ergo dubitare non possumus, semper verum esse id, quod perspicuitas suis characteribus vestita docet. *ingr. 7c*

Coroll. Quoniam perspicuitas hæctenus pertractata de rei veritate citra omnem omnino errandi periculum nos certos reddit; ejus rei, quæ nobis reapse perspicua est, metaphysica scientia gaudemus (58. cor.).

165. Objicies. Perspicuitas potest fallere intellectum; ergo pro veritatis criterio prorsus infallibili haberi non potest. *Prob. ant.* Sæpe viri etiam perspicacissimi progressu temporis falsa esse deprehenderunt ea, quæ prius pro evidentibus habebant, vel saltem ab aliis perspicacibus eorum paralogismi detecti sunt; ergo.

17. Dist. ant. Perspicuitas potest fallere intellectum, si non sit rite exacta ad eas leges, quibus vera perspicuitas ab apparente secernitur (163), ac proinde si non sit satis instructa suis characteribus *C. ant.* Si ad eas leges rite exacta sit *N. ant.* Similiter *dist.* etiam *conf.* Ad *prob. D. ant.* Sæpe viri &c. id tamen nonnisi tunc accidit, quum ipsorum perspicuitas non fuit rite exacta ad eas leges, quibus vera perspicuitas ab apparente discernitur *C. ant.* secus *N. ant.* & *conf.*

Ejusmodi perspicuitas, quæ ad leges n. 163 enumeratas rite exacta est, nullum unquam hæctenus fefellit, neque est periculum, ut unquam fallat. e. g. Perspicuitas demonstrationis, qua hoc theorema geometricum: *Anguli ad verticem oppositi sunt æquales*, declarari solet. At non omnes demonstrationes, etiam quæ a perspicacissimis viris producuntur,

tur, probanturque, sunt æque instructæ dictis characteribus. Nam imprimis fit nonnunquam, ut ejusm. viri ingenio suo nimio opere fidant, & idcirco demonstrationem suam prius vulgent, quam eam mente tranquilla, attentaque ad incudem repetitis vicibus revocaverint. Deinde non omnes etiam a perspicacissimis viris proculsa demonstrationes sic animum rapiunt, ut ab assentiendo nosmet cohibere non possimus; sed aliquam adjunctam habent obscuritatem: quæ efficit, ut non possimus, si satis cauti sumus, asserere, profus esse evidens, fieri non posse, ut ullus unquam in ejusm. demonstratione vitium aliquod detegat. *o fallere n. possit.*

Schol. Tametsi autem demonstratio aliqua ob adjunctam quamdam obscuritatem non rapiat intellectum summa vi ad assensum; si tamen sapius, præsertim a pluribus peritis, perspicacibusque attente ad examen revocata nullum latentem errorem prodatur, pro legitima habenda est, usque dum in ea error detegatur. *igitur pro criterio haberi debet.*

Urg. Perspicuitas, tametsi ad leges superius memoratas exigatur, adhuc tamen fallere potest intellectum; ergo pro infallibili veritatis criterio statui adhuc non potest. *Probl. ant.* Quælibet cognitio nostra, utcunque perspicua, oritur a sensibus; cum ergo sensus nostri erroribus obnoxii sint, quæcunque demum sit cognitionis nostræ perspicuitas, ea intellectum fallere potest.

U. N. ant. Ad *prob. D. ant.* Quælibet cognitio nostra, utcunque perspicua, oritur a sensibus; ita ut sensus saltem occasionem aliquam præbeant cuilibet cognitioni nostræ, utcunque perspicuæ *Trans. ant.* ita ut quælibet cognitio nostra, utcunque perspicua, proxime per sensus obtineatur, ejusque veritas veritati horum innitatur *N. ant. & conf.*

Imprimis multas sane habemus cognitiones perspicuas, quas non obtinemus proxime ope sensuum; e. g. cognitionem hujus axiomatis: *idem non potest simul esse, & non esse*; item, quod cogitemus, quod bonum *spon*te, *libenterque* amplectamur &c. Deinde tametsi ponamus, saltem occasionem cujuslibet cognitionis nostræ (quod quidem decidere non est hujus loci) ad sensus externos demum esse referendam, quasi mens unita corpori etiam ad earum rerum contemplationem, quæ a sensibus abstractæ sunt, a sensationibus debeat delabi; inde tamen non sequitur, quamlibet cognitionem nostram inniti sensuum veritati, quorum occasione obtenta est, ita nimirum, ut nullius cognitionis veritas possit esse nobis certior veritate sensuum. Nam e fallaci etiam occasione potest oriri cognitio certissima, & evidentissima. Sic si in luce dubia spectrum adesse mentiantur oculi; terroris illius, quo subito concuteris, cognitionem habes certissimam, evidentissimamque, tametsi e fallaci oculorum illudentium occasione oriundam.

§. II.

De Communi Naturæ Sensu.

§. II.

166. *Com* De Communi Naturæ Sensu. edam hominibus naturanter inita vis, qua n, postquam rationis usum consecuti sunt, sentiunt se inclinari ad commune & constans judicium ferendum de quibusdam objectis, quorum veritas ea perspicuitate, quam præc. Spho pertractavimus, se se non manifestat. Tale judicium est e. g. quo sentimus non posse fieri, ut ex minimis corpusculis temere commixtis coalescat quodpiam lexicon numeris omnibus absolutum, *exurgere*

167. Judicia a communi naturæ sensu promanantia his characteribus sunt discernenda. Imo. Sola natura duce, ac magistra concipi debent, quin ulla præcedat alia institutio, aliudve externum ita sentiendi motivum, ut auctoritas, numerusque ita sentientium, spes, metus &c. Hinc Poetarum fabulæ, polytheismus, superstitiones variæ dolo, armis, imperio integris licet regnis, ac nationibus persuasæ, prorsus non erant communis naturæ sensus dogmata. Similiter perperam attribuerentur communi naturæ sensui ea judicia, quæ ei sensuum testimonio innituntur, quod legitima ratiocinatione erroneum & fallax esse deprehenditur. Cujusmodi est e. g. Solem tam annuo, quam diurno motu circa terram quiescentem gyron. 2do. Judicia a communi naturæ sensu provenientia debent esse communia omnibus, vel saltem majori parti humani generis, iis nimirum, qui ratione, & attentione, ut par est, utuntur. 3tio. Sint uniformia, oportet, ita nimirum, ut unum ejusmodi judiciorum alteri non adversetur: secus enim naturæ res oppositas doceret. 4to. Denique sint stabilia, ita ut nulla temporum vicissitudine queant extingui, juxta illud Ciceronis De Natu. Deor. L. 2. C. 2.

» Opinionum commenta delet dies, naturæ judicia confirmat.» *Opinionum commenta delet, in diebus naturæ sensus confirmat.*

168. PROPOSITIO I. Existit communis naturæ sensus. *Prob.* Negari non potest, dari in hominibus, ut ut ceteroquin genio, educatione, moribusque inter se plurimum dissidentibus, judicia quædam constanter consentientia de quibusdam rebus non perspicuis, quæ judicia omnibus characteribus præcunum. allatis prædita sint, ergo & fons id genus judiciorum, seu communis naturæ sensus, detur, est necesse. *Prob. ant.* Nam imprimis ejusmodi sane est

omnibus characteribus

+ Cuius iudicium comparans in hominibus. Si est pars iudicij ex se. Com

judicium, quod habemus de existentia Dei, qui hoc
Universum condiderit, gubernetque. *brj* Audiamus
Tullium L. I. Quæst. Tusc. C. 13. „ Omnes esse
„ vim, & naturam Divinam arbitrantur, inquit:
„ nec vero ad collocutio hominum, aut consensus
„ efficit; non instituta opinio est confirmata, non
„ legibus. Omni autem in re consensus omnium
„ gentium, lex naturæ putanda est. „ Item L. I.
de Leg. C. 8. „ Nulla gens est, neque tam imman-

„ sueta, neque tam fera, quæ non, etiamsi igno-
„ ret, qualem habere Deum deceat, tamen habentem
„ sciatur. Deinde talia sunt alia quoque fere
omnia iudicia, quæ ad religionis naturalis principia,
moralitatisque regulas, dirigendis humanis actionibus
necessarias, pertinent. *sc. g.* Deus est colendus: Deus
est vindex malorum, remunerator bonorum: liberum
mihi est bene vel male agere: certæ actiones sunt bo-
næ, aliæ malæ &c. *Pro nam & ipsimet experimur,*
& ex omnium bene moratarum gentium historiis no-
vimus, hæc, & alia huiusmodi iudicia ita esse com-
munia omnibus sanæ mentis hominibus, ut rudes æ-
que, ac sapientes ante omnem demonstrationem,
aut quamvis auctoritatem solo obscuro quodam na-
turæ ductu ad ea ferenda inclinentur, quotiescun-
que ex se ipsis quærunt, quidnam de objectis eorum
iudiciorum sit sentiendum; *sc. g.* litne Deus colen-
dus, habendusne pro vindicæ malorum &c.

169. Confirmatur. Ejusmodi tacita naturæ vox
perquam necessaria sane fuit nobis in rebus pluri-
mis, quarum veritas perspicuitate sua non se mani-
festat omnibus ratione utentibus, & tamen ad ne-
cessariam religionis notitiam, & actionumque nostra-
rum moralitatem, aut vitæ nostræ conservationem
pertinent. Quanta enim damna in genus humanum
redundarent, si ejusmodi res incertis speculationibus

hu-

*ex his
Cicero
verbis
patet
iudicium
hoc de
existen-
tia Dei
omnibus
sanæ men-
tis hominibus
ut rudes æ-
que, ac sa-
pientes
ante om-
nem demon-
strationem,
aut quam-
vis auctori-
tatem solo
obscuro
quodam
naturæ
ductu ad
ea ferenda
inclinentur,
quotiescun-
que ex se
ipsis quærunt,
quidnam
de objectis
eorum
iudiciorum
sit sentiendum;
sc. g. litne
Deus colen-
dus, habendus-
ne pro vindicæ
malorum &c.*

sc. g. nature vox

*quæ media nobis non dedit, noscendi res plan-
timal, quæ non veritas se pedita rationem, quæ se*

*quæ in
hoc acciden-
tu hōe dicit
ma Dio
attribui
possunt, de
lebat h
i autem
de unit ut
hanc vocem
indidit, in
Juli. et
confirma
hoc dicit
animatum
irationalia
Ergo dubio
non possit
quod dicitur
hōe indidit
vii
ac quom
existit
omni
sensu.*

humanae rationis, quæ in ætate teneriore tam len-
tos progressus habet, & per omnem reliquam vitam
tot erroribus obnoxia est, a naturæ Auctore reli-
ctæ fuissent? quæ quidem damna eidem sane Aucto-
ri naturæ non immerito attribueremus. Ergo ^{re} propter
omnino decebat summam Ejus Sapientiam, Bonita-
temque infinitam, prospicere nobis in rebus adeo
necessariis per quemdam naturæ ipsius ductum, quem
sequendo in rebus tanti momenti citra laboriosas, &
tamen errori obnoxias reflexiones ab errore pernicio-
so tuti esse possemus. Et sane idem sapientissimus
mundi Gubernator animalibus ratione destitutis oc-
cultam quamdam naturæ admonitionem, quæ *instin-*
ctus naturæ nominari solet, indidit, qua res indi-
vidui, speciei que suæ conservandæ utiles ac necessa-
rias a noxiis sæcernerent: immo nobis quoque, ut
ut ratione præditis, cæcos id genus naturæ instin-
ctus indulgere dignatus est, quos secuti in subitis
casibus, in quibus ratiocinandi tempus deest, vitæ,
integritatique nostræ consulere possemus; ut quum
e. g. in periculo lapsus dexterrime libramus corpus,
manusque in partem oppositam, ad omnes æquili-
britatis leges, solius naturæ ductu protendimus.
Quidni ergo eam quoque naturæ vocem, quam
communem naturæ sensum nuncupamus, nobis non
minus sane necessariam idem providentissimus, opti-
musque naturæ Auctor singulis indulserit?

PROPOSITIO II. Communis naturæ sensus est
omnino infallibile veritatis criterium, ita ut non pos-
sit falsum esse judicium illud, ad quod ferendum vis
illa naturaliter insita nos inclinatur. Nam ejusmodi
inclinatio, ad ferenda judicia de quibusdam rebus
summi quidem momenti, sed non perspicuis, cum
sit omnibus ratione utentibus communis, & uniformis
in singulis, libera determinatione nostra profecto

*consentiant in iis judiciis, non
arbitrariis. Teste pro veniunt.*

R. D. maj. Communis esse deberet omnibus hominibus ita; ut quisquis ratione recte utitur, ideasque certarum rerum rite expendit, mox ea vi se ad certa quædam judicia vehementer inclinari sentiat *C. maj.* ita ut ejus in extorquendo a nobis judicio efficacitas nullo modo impediri possit *N. maj.*

Dist. etiam min. Atqui non est communis; id est, sunt aliqui homines ratione recte utentes, qui expensis rerum ideis non sentiant inclinari se ad ea judicia, quæ a dicta vi proficisci solere aimus *N. min.* Hoc est, sunt, aut fuerunt aliqui homines ratione non recte utentes, in quibus efficacitas vis illius in extorquendo judicio impedita fuerit *C. min. & N.*

cons. De rationem negam minori. Arguendæ evanescunt

Populi illi barbari poterant ratione, attentioneque rite non uti, ut adeo belluis, quas inter sylvescebant, quam hominibus rationem sequentibus similiores fierent. Deinde cum nonnisi sufficientia veritatis indicia clare cognita rapiant per se intellectum, veritates autem, ad quas communis naturæ sensus nos inclinat, quamdam obscuritatem adnexam habeant (166) *hæc* fieri potest, ut quidam ob mentem falsa institutione a Majoribus accepta præoccupatam, aut ne a gratis sibi sceleribus, quibus immergi sunt, recedere cogantur, internam naturæ admonitionem contemnant. Quod ad Atheos attinet: „Mentuntur, inquit Seneca *Epist. ad Nepotian.* qui dicunt, se non sentire Deum: nam etsi tibi affirmament *Deum.* interdium, noctu tamen, & soli dubitant.”

172. *Objic. 2do.* Judicia communis naturæ sensus, si quæ sint etiam, carent sufficientibus veritatis indiciis; ergo nos fallere possunt. *Ant.* videtur patere; ea enim judicia, antequam argumentando demonstrantur, adjunctam habent quamdam obscuritatem (166): *cons. vero prob.* Eo ipso, quod opinio

nio careat sufficientibus veritatis indiciis, ea nos non raro fallit; ^{ergo} ~~ergo~~ similiter. *Ergo iudicia*

B. D. ant. ^{conced} Carent sufficientibus veritatis indiciis; hoc est, *carent in se & reapse* sufficiente veritatis ratione *N. ant.* Hoc est, sufficiens ratio veritatis ipsorum citra ratiocinationem non proponitur nobis perspicue per sufficientia indicia ita, uti proponi solent veritates perspicue *C. ant.* & *N. conf.* Ad prob. *D. ant.* Eo ipso &c. Hoc est, eo duntaxat ex capite nos fallere potest opinio, quia caret indiciis, per quæ ipsius veritas perspicue nobis proponatur *N. ant.* Ideo potissimum censemus opinionem esse fallibilem, quia constat, multas opiniones in se reapse carere sufficiente veritatis ratione *C. ant.* & *N. conf.* ^{et de ratione} Quod si reflexe demonstrare possemus, non posse ullam opinionem in se carere sufficiente ratione; certi esse possemus de veritate cujuslibet opinionis, tametsi nulla earum manifestet nobis directe suam veritatem per indicia sufficientia: at id demonstrare non possumus; immo scimus positive, multarum opinionum falsitatem tandem detectam esse. Ex adverso sufficienter, ut arbitror, ostendimus n. 170, nullum iudicium a communi naturæ sensu proveniens posse esse falsum, tametsi ea indicia veritatem suam directe sufficientibus indiciis non manifestent nobis. *Ergo iudicia communi naturæ*

Urgeb. Novimus dari vitium voluntatis omnibus hominibus commune, videlicet quamdam ejus inclinationem ad malum, ex Adami peccato ortam; ergo neque repugnat dari in nobis commune intellectus vitium, quod in naturali inclinatione ad ferenda falsa iudicia consistat: sed si ita; communis naturæ sensus nos fallere adhuc potest; ergo.

R. C. ant. N. conf. Dispar ratio est; nam ex ea, quam post Adami peccatum experimur, volun-

tatis ad malum inclinatione non redundat ulla in Deum imperfectio. Ut enim alia, quæ hanc in rem Theologia suppeditat, argumenta taceam; ea ad malum inclinatio nos a fine creationis nostræ nequaquam abducit, si rationis ductum secuti, liberum ei consensum, uti possumus, denegemus: juxta notum illud: *non nocet sensus, si non adsit consensus*. Ex adverso, si falsa essent ea judicia nostra, ad quæ naturaliter omnes homines ratione utentes inclinantur circa ejusmodi notitias, per quas tanquam per media proxima ad finem creationis nostræ, id est, ad manifestandas Divinas perfectiones ordinamur; profecto providentia in Deo, seriæque nos ad finem creationis nostræ perducendi voluntas salvari nequaquam posset: ac proinde manifesta in Deum imperfectio redundaret.

§. III.

*Phænomeno, Observatione, Experimento, & de
Experientia.*

173. *Sensus externi* sunt exteriores illæ corporis

173. *Sensus externi* sunt exteriores illæ corporis nostri partes, quarum ope mens nostra objecta extra se posita percipit. (14. Schol.). Testimonium autem *sensuum exteriorum* est idea illa, quæ in mente nostra excitatur, occasione impressionum in eos sensus factarum. *Quando impressiones sunt ab objectis in sensuum*

174. PROPOSITIO. Testimonium sensuum exteriorum objectis rite applicatorum nos *physice* certos reddit de corporum existentia, & quibusdam eorum affectionibus, relationibusque. *Prob.* *Sensus externi* objectis suis rite applicati in annuncian-
da corporum existentia, & quibusdam affectionibus, relationibusque constantes sunt, ita ut nisi adjuncta

Logica.

G

re-

rerum mutentur, idem eodem semper modo testentur, & si plures sensus adhibeantur, eorum testimonia concordent: ^{maior est} sed communis naturæ sensus n. præc. pro infallibili veritatis criterio statutus nos docet, ^{sepe} constatis ejusmodi testimonium præsertim plurimum sensuum secundum communem naturam cursum non posse esse falsum; ^{min. falsum in se} ergo Minor in dubium vocari non potest: nam unde venit, quod e. g. hujus libri, quem oculis cerno, manibus palpo, existentiam, præsentiamque sine infantiæ nota inficiari non possim, nisi quia ipsa natura rationalis nos omnes vehementissime impellit ad id, ut hoc sensuum testimonium verum esse judicemus? Ergo ^{testimonium}

Schol. Dictum est in Propositione 1mo: sensuum ^{scilicet} objectis rite applicatorum. Sensus enim objectis non rite applicati sæpe nos fallunt, ut quum e. g. objecta ^{minuta} distita contemplamur. Dictum est 2do: certos nos reddit de corporum ^{et} existentia, ^{et} quibusdam eorum affectionibus, relationibusque. Multa enim inveniunt corporibus, quæ ope sensuum discernere nequaquam possumus. Sic e. g. minima illa interval- la, quæ inter exilissimas cujusvis corporis particu- las intercedunt, hebetibus sensibus nostris detegere haud possumus. Hinc, quibus corporum affectionibus detegendis sensus nostros non esse pares recta ratiocinandi methodus evincit, in iis eorum testimonia nullius roboris sunt. ^{et} ^{proinde} ^{deserunt}

175. Obj. 1mo. Sensus nostri nos frequenter fallunt; ergo pro certo veritatis criterio haberi non possunt. *Prob. conf.* Si nos frequenter fallunt, nunquam iis possumus tuto fidere: sed si sic, pro certo veritatis criterio statui non possunt; ergo si sensus nostri nos frequenter fallunt, pro certo veritatis criterio haberi non possunt. *Prob. maj.* Si quispiam

maior est
testimonium
sepe
min. falsum in se
testimonium
scilicet
minuta
et
et
proinde
deserunt

Satisque me subire ea limitatione acceptum
C. V. criterio falsi potest magis subsum
lam minorem, probo
Imo fact. cur nulla limitatione desit
nonium sensuum C. V. acceptum pro veritate
sub. potest. negr. sub. minor. probo: Si quispiam

homo sapius vincatur mendacii, ei neque tunc habemus fidem, dum sincere loquitur ^{Aut transmissis} ergo similiter: *si sensus nos fallunt frequenter.*

R. D. ant. Nos fallunt frequenter in quibusdam proprietatibus corporum annunciandis *C. ant.*

in omnibus universe *N. ant. et cons.* *Hæc obiectio evincit quidem, sensuum testimonium non esse universe habendum pro criterio veritatis; at non evincit, idem testimonium neque cum ea limitatione,*

quam in Propositione expressimus, acceptum posse pro certo veritatis criterio statui. *ergo cum ea limitatione ut*

Si nos frequenter fallunt, ita ut nulla possit statui limitatio, in qua nos non fallant unquam, nunquam iis possumus tuto fidere *C. maj. Error.* *Ad prob. D. maj. dixit.*

Si nos frequenter quidem fallunt in quibusdam rerum adjunctis, statui tamen possit limitatio, in qua nos nunquam fallant; nunquam iis possumus fidere *C. maj. Error.* *pro cert. veritatis adhuc*

quidem fallunt in quibusdam rerum adjunctis, statui tamen possit limitatio, in qua nos nunquam fallant; nunquam iis possumus fidere *N. maj. Conc. min.*

quod nimirum non possint pro certo veritatis criterio statui, si nunquam possumus iis fidere, & *N. cons.* Stante ea limitatione, quam in Propositione adnotavimus, nunquam evenit secundum communem naturæ cursum, ut nos a sensibus deceptos queri possimus: ergo stante eadem limitatione pro

criterio veritatis *physice* certo haberi possunt. Extra eam limitationem nos frequenter fallunt: at extra eandem limitationem utique pro certo veritatis criterio neque a nobis statuuntur. *Ergo*

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

Ad ult. prob. *T. ant. N. cons.* Quod homini mendacii assueto difficulter credamus, inde est, quia communiter nequimus discernere, quandoam sincere, quando falso loquatur. Hinc si in quopiam casu prudenter judicemus, hominem, qui ceteroquin mendax est, nolle nobis imponere; tum equidem illi quoque credere possumus. Contra notum nobis est, quibusnam in casibus sensus illudere nobis soleant, quibus nunquam illudent; igitur tamen

si eos in omnibus universe casibus pro certo veritatis criterio habere non possimus; possumus tamen in quibusdam, nimirum juxta limitationem in Propositione adnotatam. *Cogo tamen*

Urg. 1. In somno sæpe videmur nobis videre tangere corpora, quæ tamen reapse non adfunt; *C. d.*

n. Confes
quædam ergo idem vigilantibus evenire potest: eo ipso autem sensus externi pro criterio veritatis in ullo casu haberi possunt. *negamus et hanc consequentiam.*

U. C. ant. N. conf. Nam imprimis ea, quæ somniantibus obversantur, nec tam distincte percipiuntur a nobis, nec etiam tam æquabili ac certa lege peraguntur, atque ea, quæ vigilantes experimur. Quare ^{ergo} ex eo, quod somnia nobis illudant, inferi nequit, sensuum etiam externorum testimoniis nos, tametsi vigilemus, constanter falli. Deinde postquam expurgiscimur, somniorum inanitatem deprehendimus: ergo non tantum non potest rationalis natura nos inclinare ad affirmandam eorum veritatem, uti inclinatur ad assentiendum quibusdam in casibus testimonio sensuum; sed potius risu dignus esset, qui somnia sua pro criterio veri statueret.

Urg. 2. Imaginationes phreneticorum, ac furiosorum, qui res nusquam existentes, tanquam præsentis intuentur, vivacitate vix differunt a nostris sensationibus; fallunt nihilominus: ergo jure dubitari potest, an non sensus quoque nostri fallant nos, etiam quum existentiam corporum attestantur. *Consequ.*

U. Trans. ant. N. conf. Nam ejusmodi homines postquam ad mentem redeunt, errores suos damnant, falsaque esse deprehendunt, quæ defectu debiti usus rationis a veris prius discernere nequiverunt; præterea circumstantes homines ratione præditi eorundem insaniam clare cernunt, ac rident: ex adverso in iis rerum adjunctis, in quibus testimonium sensuum



ac rident *in sensuum*

*ergo in libro argumentari ab uniuscuiusque
ratione ad definitivum s. N.*

fuum pro certo veritatis criterio habemus, successu temporis non deprehendimus nos in errore fuisse, verum potius, quo magis discutimus iudicium nostrum, ad quod testimonio sensuum induci sumus, eo magis in eius veritate confirmamur: præterea aliquoque adhibitis rite sensibus suis id, quod nobis verum apparet, ita se habere deprehendunt. Igitur ex eo, quod furiosorum imaginationes erroneæ sint, sensuum nostrorum testimonium e numero criteriorum veritatis expungere non debemus. Ceterum *transmissi ant.* Vix enim dici potest, meram imaginationem unquam esse tam vivacem, uti est ipsa sensatio: certe multum interest inter eam sensationem, quam ignis reapse in me excitat, & quam de igne urente imaginationem ullus habere potest. Furiosos non sola imaginationis vivacitas, sed simul defectus debiti usus rationis in errorem inducit. *ergo*

Urgeb. 3. Si quod testimonium sensuum pro criterio veritatis haberi posset; haberi profecto deberet illud, quo videmur reapse contingere ea corpora, quæ manibus atrectamus; atqui hoc sensuum testimonium ostenditur jam nunc esse rejiciendum; ergo. *Prob. maj.* Isthoc sensuum testimonium est constans, & uniforme in omnibus omnino hominibus; ergo. *ergo*

R. N. maj. Ad prob. D. ant. Isthoc sensuum &c. at imprimis est de ejusmodi objecto, quod ope sensuum discerni prorsus non potest; item quod inter objecta communis naturæ sensus referri non debet; deinde testimonium illud legitima argumentatio ostendit esse falsum. *C. ant. secus N. ant. & cons. ergo*

Exigua intervalla, quæ inter manus nostras, & ea corpora, quæ illis contrectamus, intercedere possunt, adeo parva sunt, ut hebetes sensus nostros penitus effugiant, & quod communiter homines ad

*et. cessantur definitionem ant. per
partes*

affirmandum realem excluso omni intermedio intervallo contactum propendeant, non a communi naturæ sensu provenit, sed quod hebetibus sensibus nostris jam a primis infantiaë annis justo plus tribuere assueti sumus. Communis enim naturæ sensus necessarius nobis erat, ut nos inclinet ad quædam judicia, quæ summi momenti sunt ad felicitatem nostram, vitæ conservationem &c. quale est iudicium de reali existentia eorum objectorum, quæ sensibus nostris objici apparent; non autem, ut inclinet nos ad iudicia illa, quorum ignoratio de nostra felicitate nihil adimit, ut est iudicium de dicto corporum contactu. Deinde firmis jam argumentis ostenditur, reapse corpora nunquam devenire ad attactum mutuum, ut Cosmologi ajunt, *mathematicum*.

176. *Obj. 2do.* Posset Deus citra ullius corporis existentiam easdem in mente nostra ideas excitare, quas nunc in nobis a corporibus sensus nostros pervellentibus excitari existimamus; ergo non sumus certi de existentia corporum, quæ impressiones in nostros sensus faciant, certasque ideas, quas nempe n. 25. *adventitias* nuncupavimus, in mente nostra reapse excitent: sed si ita, testimonium sensuum externorum proffus non potest pro criteriò ullo veritatis statui; ergo. *ceteri in fine de Corpore*

q. D. ant. Posset Deus servato communi naturæ cursu citra ullius corporis existentiam &c. *N. ant.* non servato communi naturæ cursu *sub D.* Si suum hoc factum ratione quadam hominibus manifestaret, aut naturalem inclinationem ad ferenda iudicia de corporum existentia tolleret *Conc. anteced. secus Neg. ant. Dist. etiam consequ. ergo non sumus certi metaphysice Conced. consequ. physice Neg. conf.* Ipse communis naturæ sensus nos docet, servato naturæ cursu re vera illic adesse debere corpus, ubi il-

Iud adeste sensus nostri rite applicati constanter, uniformiterque testantur; ut adeo dubitare non possimus, id genus ideas, uti vocamus, adventitias cum existentia reali corporum in casu posito naturalem habere connexionem. At, si Deus absoluta sua potentia contra communem naturæ cursum uti vellet (quemadmodum eum uti in SSmo Eucharistiæ Sacramento dicemus in Metaphysica) posset in quopiam casu citra præsentiam cujuscumque corporis eas in nobis ideas excitare, quas corpus illud ceteroquin excitare soleret: ita tamen, ut hoc factum suum hominibus signo quopiam manifestet; quemadmodum nostræ fidei exercendæ causa manifestavit, in Eucharistia sub speciebus panis, & vini non panem naturalem, & vinum, sed SSimum Corpus suum, & Sanguinem latere; aut certe deberet tollere naturalem illam inclinationem nostram, qua ad ferendum de existentia corporum judicium occasione certarum idearum in nobis ortarum, quas adventitias dicimus, impellimur. Qua quidem inclinatione sublata, si judicaremus adeste corpus, quod reapse non adestet; non auctor naturæ, sed mens ipsa se se in errorem induceret: idem est stante etiam illa inclinatione, si Deus se in casu quopiam contra communem naturæ cursum agere, quam ratione hominibus indicaret.

177. *Phænomena* dicuntur, quæ sub sensu cadunt, atque notari merentur. e. g. *Phænomena* gravitatis sunt ea, quæ circa corporum gravitatem sensibus percepta attentionem merentur.

178. *Observatio* communiter ad ea phænomena pertinet, quæ citra omnem industriam humanam existunt. e. g. Observatione constat evanescere iridem prius conspectam, quamprimum Solis supra horizontem altitudo certis gradibus major evadit.

179. Observatio duplex est: vulgaris, & artificiosa. *Vulgaris* absque ulla arte, & instrumentorum apparatu peragitur; *artificiosa* artem, & usum quorumpiam instrumentorum exposcit. Sic vulgaris observatio docet, breviores esse nobis dies mense Januario, quam mense Junio: at e. g. quo minuto Sol meridianum nostrum die quapiam attingat, artificiosa detegit.

180. *Experimentum* est quodpiam tentamen de industria institutum; seu quod non eveniret solo naturæ cursu, nisi industria nostra accederet. e. g. Experimento discimus vehementem oriri motum intestinum, ac etiam flammam erumpere, si limatura ferri cum sulfure affusa aqua misceatur, & massa hæc terræ infodiatur. *Experientia* denique est notitia, quam sive per observationes, seu per experimenta proxime obtinemus. Sic experientia constat tam id, quod de iride, & varietate dierum, quam id etiam, quod de limatura ferri cum sulfure mixta modo retulimus.

Coroll. 1. Quodlibet objectum experientiaæ singulare est (20). Cum enim experientia sit notitia, observationibus vel experimentis proxime comparata; ejus objectum aliud esse non potest, quam quod in sensus nostros incurrit: in hos autem nihil potest incurere, nisi quod omnimodis determinatum, seu singulare est. *exg.*

Coroll. 2. Igitur veritates generales, e. g. hæc: *gravitas est generalis omnium corporum proprietas*, experientia proxime non discuntur, sed ex repetitis observationibus, & experimentis ope inductionis erui solent.

Schol. Quæ cautio adhibenda sit in observationibus, & experimentis instituendis, ne iis in errorem

rem quempiam inducatur Philosophus, in Prolegomenis Physicæ adnotabimus.

§. II.

An etiam auctoritas pro criterio veri haberi possit?

181. Auctoritatem Divinam esse certissimum veri criterium ex n. 61 patet. Neque obest, ea etiam nobis a Deo proponi credenda, quæ humanam intelligentiam exuperent. An enim ea, quæ ex infinita Dei virtute promanant, ultra arcus intelligentiæ nostræ limites exporrigi non posse putabimus? „Deus Deum aliquid posse, monet S. Augustinus *Hom. 2. in 2. Timoth.* quod nos fateamur investigare non posse. „ *Sive Auctoritati sola Theologia in initio.*

182. Auctoritas humana alia est narrantis, docentis alia. Hæc dogmatis; illa rei absentis, aut præteritæ, seu, ut dici amat, *facti* veritatem persuadet. Quid de auctoritate docentis sentiendum sit, ex Lege *Ima* n. 188 patebit: de auctoritate vero narrantis sit

183. PROPOSITIO I. Auctoritas humana non raro tanta est, ut eam citra insanix notam rejicere, aut in dubitationem adducere nequeamus. Nam ipse communis naturæ sensus jubet nos, in quibusdam judiciis sola auctoritate humana fultis plene acquiescere, & quidem ita, ut simul judicemus, haud esse integra mente eum, qui ejusmodi auctoritatem rite perpensam in dubium revocaret. *ergo.* Atra bile infectum sane cerebrum habeat is, oportet, qui Romanæ Urbis, ut ut a se nunquam visæ, existentiam neget, aut in dubium revocet; postquam de illa in Italia sita unanime tot hominum diversissima indole præditorum tot seculis durantiâ testimonia habemus. *Ergo.*

Et

Divine bonitatis et providentiae

Et certe conveniens erat, ut Deus inderet nobis communem naturæ sensum, quo ad plenam fidem id genus auctoritati habendam inclinaremur; quia ad cognoscendas res absentes, vel præteritas (quarum tamen notitia ad felicitatem nostram non raro necessaria est) non habemus aliud medium ab Auctore naturæ constitutum, præter consentientem hominum fide dignorum auctoritatem. *Ergo et Auctoritas summa tanta est*

184. Auctoritatem humanam, quæ citra infamiae notam rejici nequeat, *plena, vel omni exceptione majorem* nominare lubet. Porro quandonam plena sit auctoritas humana, quando non, fere melius intelligitur ex ipsa tacita naturæ admonitione, *sive e. n. sive* quam ex iis, quos Logica statuere possit, characteribus: sequentes nihilominus notare juvabit. *imo.* Si quodpiam factum plurimi diversæ conditionis, ætatis, indolis homines constanter, unanimiterque testentur, a se propriis sensibus esse perceptum, *sive* autem factum illud ejusmodi, quod singuli ipsorum facile, riteque observare potuerint, nulla deinde appareat ratio, cur omnes ad mentiendum conspirare debuissent; eorum auctoritas *plena* est, quam sana mens rejicere omnino non possit. e. g. Si complures omnis generis homines e quopiam loco diversis vicibus venientes serio asseverent, idque constanter, & unanimiter in eo loco certa die incendium erupisse, quod ipsi oculis suis spectaverint, & in quo sopiendo laboraverint etiam. *2do.* Si cujuscumque ætatis Scriptores, quorum fides ob causas particulares suspecta non sit, unanimiter testentur quodpiam factum, quod vel ipsi suis perceperint sensibus, vel ex *plena* aliorum auctoritate (qualem modo descripsimus) didicerint; si præterea alii quoque sequentium temporum Scriptores, ætate, indole, studiis, propensionibusque diversissimi idem confirmant; au-

Auctoritas hæc a quibusvis Posteris pro plena habenda est. Certe ob hujusmodi auctoritatem e. g. de clade Romanorum ad Cannas ita certi sumus, ut de ea dubitare prorsus non possimus.

185. PROPOSITIO II. Auctoritas humana, si plena sit (*præc.*), pro infallibili veritatis criterio habenda est. Cum enim ipse communis naturæ sensus nos jubeat in auctoritate humana, si plena sit, prorsus acquiescere (183), si ea nos falleret, ipse communis naturæ sensus nos in errorem induceret; quod tamen fieri nequit (170).

186. Quoniam non minus ipse communis naturæ sensus nos in errorem induceret, si plenæ auctoritati humanæ falsitas subesset, atque induceret tunc, quum sensus externi existentiam cujuscumque corporis, juxta limitationem n. 174 adnotatam, constanter, uniformiterque falso testarentur; non est, cur minus fidamus plenæ auctoritati humanæ, ac ipsis sensibus nostris. Et sane eo ipso, quod auctoritas humana, si plena sit, citra insaniam notam in dubitationem adduci nequeat (183), tam parum possum dubitare de re quapiam absente, vel præterita, quæ plena auctoritate humana fulcitur, quam parum possem dubitare, si illam ipsemet oculis, reliquisque sensibus usurpassent. Hujus attestatio-
 nis auctoritas summa est, inquit Hookius Vol. 2.
 „ de Princ. Rel. rev. C. 2. quia hominum consen-
 „ timentium fides solum medium datum est ab Autho-
 „ re naturæ ad res absentes vel præteritas cognos-
 „ scendas: hæc fides impetrat naturaliter assensum,
 „ ac, si falleret uniforme hominum testimonium, fal-
 „ leret Deus, & error in factis (in quibus socialis
 „ vita hominum potissimum vertitur) esset perpe-
 „ tuus, & ineluctabilis. Fatendum nihilominus
 „ est, impressionem, quam testimonium sensuum in

men-

*Satis debet quædam impressio a testimonio
 „ officia per dicitur, ubi per quædam
 „ auctoritatem humanam*

mente nostra efficit, vivaciorem esse, quam sit impressio ab auctoritate humana, etiam plena, proficisci solita: ideo tamen non sumus minus certi de ejus rei veritate, quæ plena auctoritate humana fulcitur, ac sumus certi de veritate illius, quam oculis nostris usurpamus. Profecto negare non possumus, æque nos esse certos e. g. de existentia Parisiorum ob auctoritatem humanam, ac certi sumus de existentia objecti, quod ipsimet sensibus nostris percipimus. Unde id, quod vulgo dici solet: *magis a nobis credi, quod videmus, quam quod audimus*, si de plena auctoritate humana sermo sit, de inæqualitate vivacitatis superius commemoratæ, non de inæqualitate certitudinis est intelligendum.

Schol. Tamen, ^{auctem} æque certum sit, nunquam subesse falsum plenæ auctoritati humanæ, ac sensuum testimonio juxta limitationem n. 174. adnotatam ac cepto; quia tamen spectata sola hominum testantium, tam erroribus, quam etiam pravis affectionibus obnoxiorum, ac præterea libertate præditorum natura, nequimus dicere, repugnare naturæ legibus, ut unanime ipsorum testimonium sit falsum; certitudo, quam auctoritas humana parit, non *Physica*, sed *Moralis* nuncupari consuevit.

187. *Objicies.* Auctoritas humana omne suum robur habet a scientia, & veriloquio testantium; ergo certos nos de veritate non reddit, nisi certi fiamus & de scientia, & de veriloquio testantium: atqui de neutro potest unquam nobis certo ^{constare} constare; *AM* ergo *Prob. subs. min.* Omnes homines sunt admodum imbecillæ mentis, item variis affectibus pravis obnoxii; ergo nec de scientia, nec de veriloquio testantium potest unquam nobis constare certo.

R. Concesso enthymemate *N. subs. min.* Ad prob. *C. ant. N. conf.* Imprimis, dum factum quodpiam

referunt testes, a se propriis sensibus esse perceptum, e. g. incendium, quod ipsi cominus spectaverint, poterantne servatis naturæ legibus errare? Profecto si in hujusmodi rerum adjunctis nos sensus fallunt, criterium sensuum nusquam est physice certum; quod tamen nimium utique est (174). Deinde tametsi ponamus singulos testes seorsim consideratos potuisse errare circa id, quod testantur, & tametsi præterea singuli eorum obnoxii sint pravis affectibus; nihilo minus, si imprimis res illæ, quas plurimi diversæ conditionis, ac indolis homines a se suismet sensibus perceptas constanter, unanimiterque testantur, ejusmodi sint, ut ab iis facillime, riteque percipi poterint, si deinde profus non appareat, cur ad nos decipiendos unanimiter conspirare voluissent; ipse communis naturæ sensus nos certos reddit, nunquam fuisse falsum. Sic possumusne ob vitiosos testantium affectus eam auctoritatem in dubium vocare, quæ nos Romam in Italia sitam esse docet?

Urgeb. 1. Singuli testes seorsim considerati nos fallere possunt, ergo & tota ipsorum collectio; sed si ita, adhuc auctoritas humana, etiam quæ plena vocatur, pro infallibili veritatis criterio haberi nequit; ergo. *7 Prob. conf.* Bona est hæc argumentatio? *8 Singuli homines sunt mortales, ergo & tota ipsorum collectio; ergo similiter.*

9 C. ant. D. conf. Ergo & tota ipsorum collectio nos fallere potest, si intelligas possibilitatem quamdam, ut ita dicam, mere speculativam, & nunquam in actum reducendam, quæve citra insanix notam non possit assumi pro motivo dubitandi de opposito *C. conf.* Si intelligas possibilitatem, qua perpensa vereri possit sana mens, ne ipsam plena auctoritas aliquando fallat *N. conf.* Spectata sola singulorum testium naturali conditione possibilitas quædam

dam fallendi agnoscenda est in auctoritate humana etiam plena; quod quidem vel inde patet, quod singuli testes libere testentur. At possibilitatem hanc nunquam esse in actum reducendam ipse communis naturæ sensus falli nescius docet. 9. ~~10. 11. 12.~~

Ad prob. C. ant. N. *conf.* Dispar ratio est; nam in priori argumentatione non adest ulla ratio, cur prædicatum *mortalis*, quod in antecedente singulis individuis attribuitur, nequeat in consequenti de tota eorundem collectione prædicari: ex adverso in altera adest ratio, quæ evincat, non adesse in plena auctoritate eam fallendi possibilitatem, quæ aliquando in actum reducenda sit, quæve pro motivo de opposito dubitandi citra insaniam notam assumi possit. Nam ipse communis naturæ sensus falli nescius nos jubet plene acquiescere in judiciis, plena auctoritate humana fultis; ac proinde docet, id genus auctoritati nunquam omnino subesse falsum.

Urgeb. 2. Si dicta subsisterent, ^{non certum} sequeretur, in casu plenæ auctoritatis non fore liberum testibus, vere vel falso testari, sed determinate ad vere testandum deberent a Deo impelli: atqui istud sustineri non potest; ergo. Prob. *maj.* Secus non repugnaret, quominus aliquando falso testentur: ergo non repugnaret falsum esse id iudicium, ad quod ferendum nos communis naturæ sensus inclinatur. Sed si sic; ergo &c. *plena auctoritas, nos fallere potest ac proinde*

Re. N. *maj.* Ad prob. D. *ant.* non repugnaret, quominus falso testentur; quod si tamen aliquando eveniret, ut testes ad fallendum conspirarent, ad Divinam Providentiam pertineret, quadam ratione fidem eorum apud nos in suspicionem vocare, hacque suspicionem orta auctoritas illa non esset plena, nec communis naturæ sensus inclinaret nos ad eam absque

que

Est plena
auctoritas
nos fallere
potest

non potest

non potest

Ad prob. D. ant. non repugnaret, quominus falso testentur; quod si tamen aliquando eveniret, ut testes ad fallendum conspirarent, ad Divinam Providentiam pertineret, quadam ratione fidem eorum apud nos in suspicionem vocare, hacque suspicionem orta auctoritas illa non esset plena, nec communis naturæ sensus inclinaret nos ad eam absque

que ulla de opposito formidine amplectendam *C. ant.*
secus *N. ant. & conf.*

Quo plures sunt testes diversæ ætatis, indolis, propensionis, item quo minor adest ratio, cur ad fallendum conspirare velint &c. eo probabilius est fore, ut ad fallendum non conspirent: ergo si prorsus nulla adsit ratio fallendi, si præterea testes sint plurimi ætate, indole diversissimi; aut nunquam evenit, ut ad fallendum conspirent, aut certe rarissime. Quod si vidit Deus, nunquam eventurum, ut falsum subit auctoritati plenæ; potuit naturalem nobis inclinationem indere ad eam absque ulla de opposito formidine amplectendam, quin ullum sit periculum, né unquam nos inclinet ad ferendum iudicium falsum. Fere quemadmodum nullum est periculum, ne revelatio, qua nobis indicat peccatum Antichristum, falsa reddatur ab Antichristo, veram in peccando libertatem habituro; idque ideo, quia Deus infallibiliter videt Antichristum libertate sua ad peccandum abusurum. "Quod si autem videret Deus in singulari quopiam casu, plurimos illos testes ad fallendum reapse conspirare; ad ejus Providentiam pertineret, aliquo signo movere nobis suspicionem de ipsorum fide. Quo facto jam auctoritas ipsorum non esset plena; ad plenam enim auctoritatem inter cetera requiritur, ut non appareat, cur testes ad fallendum conspirare voluissent: hinc communis naturæ sensus nos ad eam auctoritatem absque ulla de opposito formidine amplectendam non impelleret.

Schol. Ex iis, quæ de quadruplici veritatis criterio hætenus dicta sunt, manifestus fit fanaticus *Scepticorum* error, seu eorum, qui nullam homines consequi posse veram scientiam somniant. Si enim infallibilia veritatis discernendæ criteria nobis suppetunt, quis, nisi demens, multa a nobis infallibiliter

Scenies, qui omnia fundamenta Cæsi in Deo Creati

sciri posse dubitet? Fatendum quidem est, tam arctos esse mentis humanæ limites, ut longe plura sint, quæ ignoremus, quam quorum certa cognitione possimus gloriari; at rerum omnium ignorantia, quam Sceptici affectant, fatua sane, & ipsi intimo sensui repugnans est, nec ulteriori refutatione digna. #

Nonnullæ leges humanæ auctoritatis.

Quemadmodum plena auctoritas humana nos ab omni errandi periculo removet; ita non plena sæpe in errorem inducit. Igitur non erit supervacuum, aliquas adhuc adferre leges, quæ in usu humanæ auctoritatis facem nobis præferant. Earum prima de auctoritate docentis; reliquæ vero de auctoritate narrantis agent.

188. *Lex ima.* Soli docentis auctoritati parum deferimus in scientiis, nisi persuasi simus, eum gravibus rationibus adductum esse ad eam, quam docet, sententiam amplectendam. Unde etiam dici solet, tantum ponderis inesse cujuspiam auctoritati, qui dogma quodpiam tradit, quantum inest rationibus, quibus illud fulcit. Ipse Tullius *L. 1. de nat. Deor. C. 5.* „ non tam, inquit, auctores in disputando, quam rationis momenta quærenda sunt. „ *exp.* Ceterum si Auctor perspicacitatis, doctrinæque laude conspicuus sit; facile adducimur, ut existimemus, ei gravia rationum momenta pro dogmate suo non defuisse.

Coroll. 1. Errant igitur, qui modernorum Philosophorum opiniones hoc uno ex capite rejiciendas putant, quod cum sensu veterum, quorum auctoritati nimium tribuunt, non congruant. Quippe si uspiam, certe in Philosophia sententiæ rationibus, non auctoritate nuda sunt metiendæ. Non ita se se

natura veteribus patefecit, ut nihil relinqueret poteris, quod industria sua e tenebris eruere possint. Hinc Seneca *Quæst. nat. lib. 7.* „Naturæ, inquit, „ arcana non promiscue, nec omnibus patent: in „ interiore sacrario clausa sunt, ex quibus aliud hæc „ ætas, aliud, quæ post nos subit, aspiciet. „

Coroll. 2. Neque Sanctorum Patrum auctoritati plus ponderis inest, quam eorundem rationibus, dum scriptis suis quæpiam Philosophiæ propria forte interferunt. Nam ut sapienter advertit Melchior Canus *Libr. 7. de Loc. Theol. Cap. 3.* „Sancti Patres „ in hisce artibus humanis, ac scientiis non Christi- „ sum, sed Platonem, sed Aristotelem, sed Avicennam, homines videlicet impios, aut cæcos habuere magistros; aut suum intellectum fallacem, „ aut alios homines erroribus obnoxios secuti sunt. „

Schol. Notari hoc loco potest: neque Sacræ Scripturæ, aut Ecclesiæ auctoritatem leviter usurpandam esse in impugnandis, aut firmandis conclusionibus Philosophicis. Nam ut S. Augustinus ait *de act. contra Felic. Manich.* „ non legitur in Evangelio Dominus dixisse: mitto vobis Paraclitum, qui „ vos doceat de cursu Solis, & Lunæ: Christianos „ enim facere volebat, non mathematicos. „

Lex 2da. In iis eventibus referendis, qui majorem attentionem, ac iudicium postulant, ut sunt e. g. rariora naturæ phænomena, eorum testimonium præferendum est, qui majoris sunt perspicacitatis. At in iis, quæ communem duntaxat sensuum usum requirunt, vel rudissimi cujusque testimonio subscribi potest; nisi eum forte spe aliqua, vel metu ad mentiendum adduci posse, merito suspiceris. Sic quis fidem deneget etiam agricolæ, si e. g. exortum esse quopiam in loco incendium, cujus spectator ipsemet fuerit, sancte affirmet?

3^{ta}. Testis, ut vocant, oculatus majorem fidem meretur, quam is, qui rem suis ipse oculis non usurpavit: item coævus præ illo, qui longo post rem gestam temporis intervallo vixit. Ut enim vulgo dici solet, fama eundo crescit.

4^{ta}. Testimonia juramento firmata majus pondus solent obtinere, quam alia. Nihilominus ubi semel quis pejeraverit, inquit Cic. *pro Rabir.* ei credi postea, etiamsi per plures deos juret, non oportet. Quod si vir illustris sit, qui testificatur, pro nominis magnitudine auctoritatem adipiscitur.

5^{ta}. Quæ omnes, aut plerique coævi historici literis prodiderunt nemine contradicente, pro certis habenda sunt. Si unus, alterve adversus plures testimonium perhibeant, historicorum dotes conferendæ sunt, ac tum demum judicium ferendum.

6^{ta}. Quod si rem quampiam memorabilem nullus coævorum referat; posterius, qui eam literis consignarunt, fidem vix merentur: nisi ejus taciturnitatis causa sufficiens adduci possit.

7^{ma}. Non illico erroris damnandus est Historicus, quod insolita quædam narret, quorum causas non assequimur; sed eo casu ad summum retinenda est assensio, dum certiora documenta adsint. Aliter sentiendum est, si ea, quæ ille facta refert, fieri omnino non potuisse, clare videamus.

8^{va}. Tametsi magno numero sint Historici, qui rem quampiam literis prodiderunt; si tamen eam omnes ex uno duntaxat eodemque fonte hauserant, majorem fidem non faciunt, quam solus ille, a quo acceperunt. Hinc pervagata illa belli Trojani historia quibusdam suspecta est, quod omnes, qui eam tradunt, unum Homerum secuti videantur.

9^{na}. Qui partium studio teneri, aut veris fabulosa miscuisse sunt deprehensi, jure in omnibus sus-
spe-

spekti sunt. Multum etiam demit auctoritati scribentis nimia politi sermonis cura, & modus narrandi oratorius. Vix enim adhiberi potest nimius in elocutione ornatus, quin augeantur res gestæ, atque ita veritas corrumpatur.

CAPUT QUARTUM.

De Errore, Præjudicio, aliisque Scientiarum impedimentis.

189. *Errare* dicitur, qui falsum pro vero, aut contra verum pro falso habet. Error est vel theoreticus, vel practicus. *Theoreticus* est, qui circa rerum affectiones versatur, ut: si iudices animam hominis esse mortalem. *Practicus* actiones nostras vel ponendas, vel omittendas habet pro objecto. e. g. *Quod arridet sensibus, id est unice amplectendum.*

Coroll. Igitur error theoreticus intellectum inficit, practicus voluntatem depravat.

190. Quilibet error generatim *præjudicium* nominari potest, quod errans prius ferat *judicium*, quam rite discutiatur prædicati cum subjecto concordiam aut discordiam. Plerumque tamen illi errores veniunt nomine *præjudiciorum*, qui vel ob defectum bonæ educationis cum lacte materno hausti sunt, vel ob nimiam fidem fallacibus sensibus habitam &c. ita mentem obsederunt, ut pro certissimis iudiciis habeantur. Atque istud maximum omnino scientiarum impedimentum est: ibi enim legitimo ratiocinio, quo scientiæ acquiruntur, vix locus est, ubi præjudicia firmas semel radices egerunt. Quare præ-

cupuos eorum fontes explicare, prorsus necessarium est. Itaque.

191. 1mo. Nascuntur præjudicia ab educatione prava. Cum enim tenella mens expendendis rationum momentis par non sit; aniles nutricum fabellas, inclinationes parentum, domesticorum errores &c. ea judicii corruptione imbibit, quam atas reliqua vix corrigere possit. Nempe: *quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu.*

2do. Ex auctoritate. Audiamus Tullium *Lib. 1. de nat. Deor. C. 5.* „Obest, inquit, plerumque iis, „ qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur: desinunt enim suum judicium „ adhibere; id habent ratum, quod ab eo, quem „ probant, judicatum vident. „

3tio. Ex sensuum nostrorum fallacia. Cum enim primas rerum ideas, seu adhuc in utero matris, si ve etiam in lucem jam editi, sensuum ope hausimus, eorumque illusiones varias cum rationis expeditæ, tum etiam attentionis defectu discernere nequiverimus; factum est, ut in externis rebus solos fere sensus pro iudicibus habendos arbitraremur. Quamobrem hoc infantia præjudicio persuasi, etiam in adulta ætate variis erroribus implicamur.

4to. Ex pravis, quibus animus implicatus est, affectionibus. Nempe male ordinatæ affectiones nostræ, ut sunt stimuli iræ, doloris, amoris &c. juxta Platonem sunt *nebulae*, quæ menti quamdam obscuritatem offundunt; vel, ut Plutarchus nominat, *vitra colore persusa*, quibus rerum colores immutantur. „ Plura multo homines judicant, inquit *Cic. L. 2. de Orat.* odio, aut amore, aut cupiditate, „ aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, „ aut timore, aut errore, aut aliqua permotione „ mentis, quam veritate. „

510. Ex innato quibusdam ingenio præservido, & laboris impatiente. Huic vitio impliciti ea, quæ in scientiis sublimia sunt, ac proinde majorem attentionem postulant, aut attingere non audent, aut obiter percurrunt, corticem delibant, nucleum non evolvunt. Hinc obscuris quibusdam, & confusis rerum notionibus, veluti totidem fontibus errorum, tinguntur quidem; at claras certe, ac distinctas adipisci non possunt.


Coroll. Igitur temperandi sunt hujusmodi igneuli, assuescendum labori, & attentioni in rebus contemplandis: seu, ut Cic. monet *Lib. I. de Off. capit. 6.* „adhibeamus ad earum considerationem „ & tempus, & diligentiam.„


192. Præter hæc sunt & alia complura scientiarum impedimenta. Sic 1) multos congenitus torpor, ac ignavia in consequendis scientiis impedit; qui, ut desidiam suam quodpiam velum obducant, frequenter exiguam ingenii sui vim caussantur, aut certe parum vel nihil utilitatis se ex literis capturos dictitant. Quodsi reapse obtusa mentis acies cuiquam obici sit, hunc venia prorsus indignum non existimo; nam ut dici amat, non omnia possumus omnes. At cur igitur ætatem in scholasticis pulveribus inaniter consumit? cur aliam vitæ rationem sibi magis accommodatam non auspicatur? Se se scientiis, cum primis severioribus, prorsus imparem videre, neque tamen alia magis profutura consilia sequi, insipientiæ propinquum est. Deteriores sunt illi, qui frontem ita exuerunt, ut contra communem omnium rectam ratione utentium consensum existiment, parum aut nihil inesse scientiis, quod in utilitates, ac commoda sua derivare possint. Sed nempe istud velamentum ignaviæ, non ex sincero animi sensu profecta excusatio est.

2) Aliis contra nimius se se scientiis excolendi ardor obest: qui nimirum latius se se exporrigunt, quam imbecillæ vires patiantur. Quidquid scitu dignum censent, uno quasi impetu exhaurire cupiunt: Poetas, Oratores, Historicos, Philosophos &c. promiscue legunt, ac commiscunt. Non inficior, etiam in juvenibus ampliorem mentis capacitatem esse solere, quam ut solis scholasticis prælectionibus debeant occupari: at illud etiam pro comperto habeo, evenire sæpius, ut juvenum mens, in plures distracta partes, tingatur scientiis potius, quam imbuetur. Atque hinc est tantus eorum numerus, quos *sciolos* nominant; qui dum plures scientias profiterentur, ne in unica quidem, ut par est, se versatos probant.


3) Magnum scientiarum impedimentum est etiam memoriæ infidelitas: nisi enim hæc comparatam scientiarum suppellectilem velut fida custos conservet, ac tuetur; omnia opera, quam in condiscendis artibus, & scientiis collocamus, inanis omnino est. Hinc etiam teste Tullio tantum scimus, quantum memoria tenemus. Adnitendum ergo est, ut memoria exercitatione frequenti excolatur.

O. A. M. D. G. et B. V. M. 94.





758416



Prop. Perseverantia omnibus Characteribus insuetis
in intellectu de rei veritate contra omne
omnino errandi periculum certum reddit, ac
proinde pro veritatis Criterio profertur
infallibile habendum. 86.

Prop. 1. Ceteris Communis Natura sensus 91.

Prop. 2. Communis Naturae sensus promittit infallibile
Veritatis Criterium, non ut non possit falsum esse.
Sed ut illud ad quod fertur, vigilla non
creaturaliter infusa nos inclinat. 93.

Prop. 3. Perseverantia sensus, et ad rationem obiecti, et
applicacionem nos profertur certis reddit de
Cognitione, et insuetis, et quibus ad Coram
demonstrat, et ad rationem. 97.

Prop. 4. Accurata humana non tantum laudat, et
certa insuetis nobis ad Logicam non in dubio
victum nequeant. 105.

Prop. 5. Accurata humana si plenius pro infallibile
Veritatis Criterio habendum. 107.

4 8 8
8 4 8
70 10
Cassiana

758416

any day of the year

get my pen of
the printer of
the printer of

the printer of
the printer of
the printer of

the printer of
the printer of
the printer of

the printer of
the printer of
the printer of

the printer of
the printer of
the printer of

the printer of
the printer of
the printer of

the printer of
the printer of
the printer of